

VENERABILIS INCEPTORIS
GUILLELMI DE OCKHAM

QUAESTIONES
VARIAE

EDIDERUNT
GIRARDUS I. ETZKORN
FRANCISCUS E. KELLEY
JOSEPHUS C. WEY, C.S.B.

OTL VIII

St. Bonaventure University
St. Bonaventure, N. Y.

1984

PRINCIPIUM BIBLIAE

SIVE

QUAESTIO DE CONNEXIONE VIRTUTUM

EDIDIT

JOSEPH C. WEY, C.S.B.

[QUAESTIO VII]

UTRUM VIRTUTES SINT CONNEXAE¹

Circa istam quaestionem sunt quattuor facienda: p r i m o, praemittendae sunt aliquae conclusiones necessariae ad propositum; s e c u n d o, aliquae distinctiones; t e r t i o, respondendum est ad quaestionem; q u a r t o, movenda sunt aliqua dubia, et solvenda.

[ART. I: CONCLUSIONES AD PROPOSITUM NECESSARIAE: CONCLUSIO PRIMA]

Quantum ad primum est prima conclusio², quod quanta est
10 distinctio habituum tanta est actuum, ita quod aequalis est. Hoc probatur primo, quia omnia individua aequae perfecta inclinativa, sive elicitiva sive receptiva, si sint eiusdem rationis, possunt in effectus eiusdem rationis, et si non possunt in effectus eiusdem rationis, illa principia non sunt eiusdem rationis; sed habitus gene-
15 rati ex actibus sunt effectus illorum, sicut alibi patet in tertio

QUAESTIO VII. CODD. ET EDD. BDEFHLPQSTYZ

2 utrum] ultimo quaeritur utrum F 5 secundo] sunt ponendae add. BQY 7 et solvenda om. BQY 10 distinctio] actuum tanta est distinctio habituum et quanta est distinctio add. QY || est¹] distinctio add. BQY 11 individua] om. S, principia B || perfecta] PQSY, perfecte cett. || inclinativa] intellectiva QY, inclinantia B 13 et] ergo F || non ... effectus] effectus (eorum add. F) non sunt FHS 15-16 in ... ockham om. Z

¹ De tractatione huius materiae in scholis, cf. O. Lottin, *Psychologie et morale aux XIIe et XIIIe siècles*, III (Lovanii 1949), 197-252; IV (Lovanii 1954), 551-663. De quaestione ipsa, cf. Othmar Suk, «The Connection of Virtues according to Ockham,» in *Franciscan Studies*, 10 (1950), 9-32, 91-113. ² Cf. Ockham, *Quaestiones in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 402, 16-404, 6); *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 8 (OTh I, 213, 1-220, 20).

O c k h a m³, et non semper sunt eiusdem speciei nec esse possunt, sicut patet de habitu respectu incomplexi et complexi, de habitu respectu principii et conclusionis; igitur nec actus generativi istorum.

Praeterea si actus distinctorum obiectorum specie non distinguantur specie, hoc non esset nisi q u i a causae⁴ distinctae specie possunt in eundem effectum specie, et ideo non obstante quod habitus, qui sunt causa actuum, distinguuntur specie, tamen ipsi actus possunt esse eiusdem speciei; v e l propter ordinem obiectorum⁵, sicut est de principio et conclusione, respectu quorum possunt esse actus eiusdem speciei propter ordinem eorum. Sed primum⁶ non impedit, quia si sic, cum actus sint causa habituum sicut e converso, numquam erit via ad probandum distinctionem specificam inter aliquos habitus, quia per te causae distinctae specie etc.; igitur quantumcumque ponatur distinctio specifica in actibus, numquam ponetur propter hoc quod erit in habitibus, quod falsum est. Nec secundum⁷ impedit, quia habitus principiorum non possunt generari ex actibus conclusionum nec ad tales actus inclinare; sed si actus principiorum et conclusionum essent eiusdem speciei, possent habitus istorum ad tales actus inclinare; ergo ordo obiectorum non impedit distinctionem specificam actuum.

Praeterea, II *Ethicorum*⁸, habitus ex eisdem generantur et aug-

16 ockham] ethicorum BT, om. EFQY 18 generativi] generativus BY 20 specie om. BEH
23 causa] causae BLQY 25 quorum] secundum aliquos add. B 27 causa] ELPS, causae
cett. 29 habitus] actus S 29-40 quia ... generantur] etiam dato quod actus specie distinguuntur L
31 ponetur] poneretur ESY, ponitur BZ || propter ... erit om. BQY 33 possunt]
potest BHQY || conclusionum] conclusionis BQY || actus om. BQY 33-34 inclinare] possunt
add. BQY 35 possent] possunt FSZ, posset BQY || actus om. FS || ordo] diversitas QY 37 eis-
dem] actibus add. BQY 37-38 generantur et augmentantur] generatur et augmentatur EHZ

³ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 397, 9-398, 10); q. 7 (OTh VI, 205, 7-19). ⁴ Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 2 (OTh I, 95, 12-16). ⁵ Cf. Ockham, *Quaest. in II Sent.*, q. 17 (OTh V, 393, 18-21).
⁶ Lin. 21-22. ⁷ Lin. 24-25. ⁸ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 2 (1105a 13-15); Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 392, 2-6).

mentantur; sed actus, per quos habitus distinctarum specierum augmentantur, sunt alterius speciei; igitur et actus ex quibus generantur.

Praeterea [probatur] per idem argumentum per quod I o a n n e s probat in *Metaphysica*⁹ distinctionem specificam inter habitum principii et conclusionis: quia scilicet aliquis potest habitualiter scire principium et errare circa conclusionem, sed idem principium non potest simul habitualiter sciri et ignorari ignorantia dispositionis, igitur est distinctio specifica inter tales habitus. Idem argumentum concludit distinctionem specificam inter actus cognoscendi principium et conclusionem. Quaere in Prologo O c k h a m, de unitate theologiae¹⁰.

S i q u a e r a s utrum respectu omnium obiectorum distinguantur actus specie: r e s p o n d e o quod non, sed universaliter respectu illorum obiectorum, sive complexorum sive incomplexorum, respectu quorum sunt habitus distincti specie, respectu illorum sunt actus distincti specie; et respectu quorum sunt habitus eiusdem speciei, sunt et actus eiusdem speciei. Et ideo respectu eiusdem principii tam habitus quam actus generati in diversis intellectibus sunt eiusdem speciei, et eodem modo est de obiecto aliquo incompleto.

[CONCLUSIO SECUNDA]

Secunda conclusio¹¹ est quod respectu obiectorum distinctorum specie sunt actus distincti specie. Hoc patet, quia aliter non

41-58 praeterea ... incompleto om. T 41 idem] illud BQYZ 43-58 quia ... incompleto] et patuit de hoc prius in tertio quaestione ultima L 45-46 ignorantia] pravae add. FZ 48 actus] actum PZ || quaere] rationem add. BEQSY 49 ockham] quaestione BQY, om. EZ 51-52 universaliter] tamen BHQ, tantum Y, om. S 54 respectu] HPZ, om. cett. 56 generati] generandi S, cognoscendi BQY

⁹ Cf. Scotus, *Quaestiones in Metaph. Aristot.*, VI, q. 1, n. 4 (ed. Wadding, IV, 650b). ¹⁰ Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 8 (OTh I, 213, 1-220, 20). ¹¹ Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 1 (OTh I, 62,

posset probari distinctio specifica actuum, quia si illi essent eiusdem speciei, multo magis actus respectu obiectorum eiusdem speciei essent eiusdem speciei, et sic omnes actus essent eiusdem speciei.

65

Praeterea habitus generatus praecise ex actibus respectu unius obiecti numquam inclinatur ad actum respectu alterius obiecti alterius speciei, quia aliter habens habitum respectu unius obiecti praecise, posset statim in actum respectu obiecti alterius speciei, quod est manifeste falsum. Sed si actus [respectu] illorum obiectorum essent eiusdem speciei, tunc habitus respectu unius posset inclinare modo praedicto, quia si actus essent eiusdem speciei, et habitus, ex prima conclusione¹²; et per consequens possent causare effectus eiusdem rationis, ex eadem. Igitur etc.

70

Praeterea non est maior ratio quod aliqui actus habentes obiecta distincta specie sint distincti specie quam alii, ut videtur; sed aliqui distinguuntur specie, sicut patet de cognitione unius muscae vel albedinis et Dei; igitur etc.

75

Praeterea respectu eiusdem obiecti numero possunt esse actus distincti specie, sicut patet de cognitione intuitiva et abstractiva respectu incomplexi, de actu sciendi et dubitandi respectu complexi; igitur multo magis respectu obiectorum distinctorum specie sunt distincti actus specie.

80

Praeterea aliter posset, stante eodem actu in intellectu, aliquid primo intelligi per illum actum et postea non intelligi, quod falsum est. Assumptum patet, quia si per unum actum intelligam obiectum aliquod praecise, et per alium actum intelligam illud obiectum et aliud alterius speciei, cum secundum opinionem I o-

85

74 ex ... etc om. BQY 75-97 praeterea ... innitor om. L 77 unius om. BHQY 78 albedinis] angeli BQY 81 dubitandi] errandi BQY 83 sunt ... specie om. BQY 86 assumptum patet] ad sensum BQY || intelligam] actu add. BQY 87 et om. BQSY || illud] aliud HST 88 et aliud] om. H, et T, aliquod E, et aliquod aliud BQY || speciei] illud obiectum est alterius speciei add. Z || cum] et cum F, et quia Z, tunc BQY

a n n i s¹³ potest talis actus habens duo obiecta terminari ad
90 primum licet non ad secundum, igitur per secundum actum primo intelligitur secundum obiectum et post non intelligitur, stante secundo actu; igitur etc. Et tunc respectu illius primi obiecti erunt simul duo actus eiusdem speciei, quod videtur inconueniens. Sed quia istud argumentum fundatur super falsum, scilicet quod ali-
95 quid primo potest intelligi per aliquem actum, et postea, stante eodem actu, non intelligitur, sicut patet in *Ordinatione* O c k h a m¹⁴, ideo huic non innitor.

[CONCLUSIO TERTIA]

Tertia conclusio¹⁵ est quod aliquis actus est necessario et in-
100 trinsece virtuosus. Hoc probatur, quia impossibile est quod aliquis actus contingenter virtuosus, — sic scilicet quod potest indifferenter dici virtuosus vel vitiosus —, fiat determinate virtuosus propter novitatem alicuius actus non necessario virtuosus, quia per nullum actum contingenter virtuosum modo praedicto fit alius actus sive
105 denominatur determinate virtuosus. Quia si sic, aut ille secundus actus, qui est contingenter virtuosus, erit determinate virtuosus per aliquem alium actum qui est necessario virtuosus, aut per actum contingenter virtuosum. Si primo modo, tunc eadem ratione

96 intelligitur] intelligi HT || ordinatione] ordine QSTY, organo Z 96-97 ockham] oxoniensi H, ethicorum T, obiecti Y, oculi Z 97 huic om. BQY || innitor] convincit BQY 101 contingenter ... sic] ita sit contingenter virtuosus QY || virtuosus] BLZ, om. cett. || sic] sit BDFS || scilicet] sit P, om. H 103 non] DFPZ, nisi cett. 104 actum om. DFPTZ 105-111 si ... modo] vel T 106 erit ... virtuosus] BHQY, fit virtuosus F, om. cett. 107 qui om. FZ

¹³ Cf. Scotus, *Ordinatio*, I, d. 1, p. 1, q. 2, nn. 42-43 (ed. Vat., II, 26-30); Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 1, q. 5 (OTH I, 451, 6-452, 20).

¹⁴ Cf. Ockham, ibidem (OTH I, 453, 15-455, 3). ¹⁵ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTH VI, 359, 9-362, 24; 375, 2-13; 385, 10-387, 7); supra, q. 6, art. 9, lin. 251-255; *Quodlibet III*, q. 14, Concl. 2 (OTH IX, 255); Alexander de Hales, *Summa theol.*, II-II, n. 388 (ed. Quaracchi, III, 388b); O. Lottin, Op. cit., II, 421ss.

esset standum in secundo, et similiter tunc habetur propositum, quod est aliquis actus in homine necessario virtuosus. Si secundo modo, erit processus in infinitum, vel stabitur ad aliquem actum necessario virtuosum, et sic habetur propositum.

Sed actus hominis tam exteriores quam interiores, puta intelligere et velle, — secundum quod velle¹⁶ est actus indifferens —, sunt contingenter virtuosus. Exemplum: ire ad ecclesiam propter finem debitum primo est actus virtuosus et, stante eodem ire ad ecclesiam, propter malum finem est vitiosus, et per consequens est contingenter virtuosus. Eodem modo est de intelligere et speculari: primo propter debitum finem, erit istud intelligere virtuosum, et post, stante eodem actu in intellectu, mutata intentione, scilicet quod talis actus continuetur propter indebitum finem, erit illa speculatio vitiosa, et per consequens est contingenter virtuosa illa speculatio.

Ideo dico quod est dare aliquem actum necessario primo virtuosum, qui est actus primo laudabilis et perfecte circumstantionatus, qui est ita virtuosus quod non potest fieri vitiosus, sicut velle facere aliquid quia est praeceptum divinum, est ita virtuosus quod non potest fieri vitiosus, stante praecepto divino. Et ex tali actu generatur virtus, de qua dicunt *S a n c t i*¹⁷ quod virtute nemo potest male uti.

109 in secundo] in primo YZ, in principio L, om. P, actu add. S 113 sed ... hominis] si quaeras quis est ille actus necessario virtuosus an exterior vel interior et (om. B) an intelligere vel velle dico quod BQY 113-114 puta ... indifferens om. BQY 116 debitum] determinatum BQY 118 contingenter] bonus et add. BQY 119 debitum] bonum BQY || intelligere] speculari BQY 124 necessario om. BQY 125 primo om. PTZ 126 fieri] esse BQY 127 quia] FHPZ, quod cett. || virtuosus] virtuosum BQSY 128 fieri vitiosus] esse vitiosum BQY || stante] dicto add. BQSY 129 virtus] quaedam add. BQY

¹⁶ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 383, 19-387, 7).

¹⁷ Cf. August., *De lib. arbit.*, II, c. 19, n. 50 (PL 32, 1268).

[CONCLUSIO QUARTA]

Quarta conclusio¹⁸ est quod actus primo et necessario virtuosus est actus voluntatis. Hoc patet primo, quia ille solus est primo laudabilis vel vituperabilis, alii autem non nisi secundario et per
135 quandam denominationem extrinsecam, puta per hoc quod eliciuntur conformiter actui voluntatis. Praeterea quilibet alius actus ab actu voluntatis potest idem manens esse vitiosus vel virtuosus, iste autem solus sic est virtuosus quod non potest fieri vitiosus, sicut patet supra in tertia conclusione. Praeterea secundum *S a n c t o*¹⁹ nullus actus est laudabilis vel vituperabilis nisi propter intentionem bonam vel malam, intentio autem est actus voluntatis, igitur etc. Praeterea *A n s e l m u s*²⁰: sola voluntas punitur, sicut sola peccat, igitur etc.

[CONCLUSIO QUINTA]

145 Quinta conclusio est quod nullus alius actus ab actu voluntatis est intrinsece virtuosus vel vitiosus, tum quia quilibet alius idem manens potest indifferenter esse laudabilis et vituperabilis, et primo laudabilis quando conformatur volitioni rectae, et post vituperabilis quando conformatur volitioni vitiosae, sicut supra
150 patet in tertia conclusione; tum quia nullus actus est vitiosus nisi sit voluntarius et in potestate voluntatis, quia peccatum adeo est voluntarium²¹ etc.; sed actus exterior potest primo esse in potes-

133 primo² om. BEQSY 134 vel] et BEQY || vituperabilis] virtuosus secundum se BQY 137 vel] et BQYZ 142 igitur etc om. BHQTY 143 sicut] ergo BEQSY || igitur etc om. BEHQSY 145 alius om. DFLP 148 volitioni] voluntati BQY

¹⁸ Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 9, lin. 251-255; *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 359, 9-362, 24; 375, 2-13); infra, q. 8, lin. 281-284. ¹⁹ Cf. Petrus Lombardus, *Sent.*, II, d. 40, c. un., § 2 (ed. Grottaferrata, 557); Thomas Aquinas, *Summa theol.*, I-II, q. 19, a. 7. ²⁰ Cf. Anselmus, *De conceptu virginali*, c. 4 (ed. Schmitt, II, 145). ²¹ Cf. August., *De vera religione*, c. 14, n. 27 (PL 34, 133): «Nunc vero usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.»

tate voluntatis, puta quod aliquis dimittat se in praecipitium, et post descendendo potest illum actum simpliciter meritorie nolle propter Deum, sicut supra patet in dubitationibus istius quaterni²²; igitur etc.

[CONCLUSIO SEXTA]

Sexta conclusio²³ est quod nullus alius habitus ab habitu voluntatis est intrinsece et perfecte virtuosus, quia quilibet alius inclinatur indifferenter ad actus laudabiles et vituperabiles.

160

[ART. II: DISTINCTIONES PRAEVIAS: DISTINCTIO PRIMA]

Circa secundum articulum est prima distinctio, quod prudentia accipitur quadrupliciter¹: uno modo, accipitur pro omni notitia directiva respectu cuiuscumque agibilis mediate vel immediate, sicut accipit Augustinus prudentiam, *De libero arbitrio*². Et isto modo tam notitia evidens alicuius universalis propositionis quae evidenter cognoscitur per doctrinam, quia procedit ex propositionibus per se notis, quae notitia scientifica proprie est scientia moralis, quam notitia evidens propositionis universalis quae solum evidenter cognoscitur per experientiam, quae notitia etiam est scientia moralis, est prudentia. Exemplum primi: 'omni benefactori est benefaciendum'; exemplum secundi: 'quilibet iracundus per pulchra verba est leniendus'.

10

Alio modo, accipitur pro notitia evidenti immediate

155 supra] prius P, post DF, postea Z || patet] patebit DFPZ || in dubitationibus om. BQSY 155-156 istius quaterni] DEF, om. cett. 156 igitur etc] DEFPT, om. cett. 159 et perfecte om. BQSY || virtuosus] virtus PT 160 vituperabiles] perfecte add. BQY, et perfecte add. S

6 universalis om. QSY 11 est²] et BQY 13 verba] colloquia DEPZ

²² Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 9, lin. 251-276. ²³ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 366, 1-5).

¹ Cf. Scotus, *Quaest. in Metaph. Aristot.*, VI, q. 1, n. 14 (ed. cit., IV, 654b).

² Cf. August., *De lib. arbit.*, I, c. 13, n. 27 (PL 32, 1235).

15 directiva circa aliquod agibile particulare, et hoc pro notitia alicuius propositionis particularis quae evidenter sequitur ex universalis propositione per se nota tamquam maiori et per doctrinam. Exemplum: 'isti est sic benefaciendum', quae sequitur evidenter ex ista 'omni benefactori' etc.

20 Tercio modo, accipitur pro notitia immediate directiva accepta per experientiam solum respectu alicuius agibilis. Exemplum: 'iste iracundus est leniendus per pulchra verba'. Et haec notitia est solum respectu alicuius propositionis particularis cognitae per experientiam; et haec videtur esse prudentia proprie dicta secundum intentionem Philosophi³, prout distinguitur a scientia morali.

Quarto modo, accipitur⁴ pro aliquo aggregato ex omni notitia immediate directiva, sive habeatur per doctrinam sive per experientiam, circa omnia opera humana requisita ad bene vivere simpliciter. Et isto modo prudentia non est una notitia tantum, sed includit tot notitias quot sunt virtutes morales requisitae ad simpliciter bene vivere, quia quaelibet virtus moralis habet propriam prudentiam et notitiam directivam.

Quod probatur, quia prudentia est notitia complexa; nunc autem ubi est aliud et aliud complexum, ibi est alia et alia notitia; cum igitur aliud et aliud sit complexum, cuius notitia est immediate directiva respectu operationum unius virtutis et alterius, igitur erit alia et alia prudentia.

Praeterea aliquis potest evidenter scire unam conclusionem 40 practicam cuius notitia immediate dirigit, circa materiam unius

16-17 universalis om. BQSY 17 et om. EST 18 isti est sic] huic benefactori est BQSY 19 benefactori] benefactori BQSY 21 agibilis] propositionis particularis BQY 29 omnia om. DFL 37 et] alia (alterius S) notitia respectu add. QSY 39 evidenter om. BQY 40 dirigit] operationes add. E

³ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, VI, cc. 5-9 (1140a 24 - 1142a 16). ⁴ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 419, 6-13); Petrus I. Olivi, *Quaestio de connexione virtutum* (ed. apud O. Lottin, Op. cit., IV, 630, 47-56); Scotus, *Collatio I* (ed. cit., III, 345ss.).

virtutis, operationes, et ignorare ignorantia dispositionis per habitum erroris aliam conclusionem cuius notitia esset immediate directiva operationum circa obiectum alterius virtutis. Sicut aliquis potest scire evidenter istam conclusionem, quod homo debet velle temperate vivere, et errare circa istam conclusionem, pro defensione huius articuli 'Deus est trinus et unus' est moriendum voluntarie, quia aliquis potest credere hunc articulum esse falsum. Igitur notitia directiva respectu unius et alterius est alia et alia, quia aliter impossibile esset scire evidenter unam conclusionem practicam et ignorare aliam.

Et isto modo potest probari distinctio, non tantum numeralis inter istas prudentias, sed etiam specifica, quia quodcumque aliqua sunt eiusdem speciei, cum quocumque stat unum, et reliquum; et si cum aliquo alio stat unum cum quo non potest stare reliquum, illa distinguuntur specie; exemplum de albedine et nigredine et dulcedine in lacte. Sed scientia unius conclusionis stat cum errore alterius conclusionis practicae, sicut patet prius, et non stat cum errore eiusdem conclusionis simul propter repugnantiam formalem. Igitur scientia unius conclusionis et alterius distinguuntur non tantum numero sed specie.

Si enim essent eiusdem speciei, sicut scientia stat cum errore alterius conclusionis, sic staret cum errore istius conclusionis, quia scientia alia alterius bene potest stare cum errore istius conclusionis. Sicut si albedo stat cum dulcedine in lacte et non stat cum nigredine, ideo nigredo et dulcedo distinguuntur specie, quia si non, sicut dulcedo stat cum albedine, sic nigredo staret cum dulcedine. De ista unitate quaere in I o a n n e et O c k h a m,

41 virtutis] scilicet circa add. FZ || operationes om. BEHQY 44 velle] bene Z, om. BLQY 52 etiam om. DEPSZ 54 aliquo om. BQY || alio] DP, uno BQYZ, om. cett. || cum quo] et cum alio Z 56 conclusionis] practicae add. BHQY 57 sicut patet prius om. BHLQSY 61-74 si ... moralibus om. LT 61 scientia] unius conclusionis add. FHQY 62 istius] illius BQY, eiusdem H 62-64 quia ... conclusionis om. BQY 62 quia] sicut HP 64 sicut] similiter BQSY || in lacte om. PZ 65 nigredo] albedo PZ 66 dulcedo] albedo BQY || albedine] dulcedine BQY || nigredo om. BQY 66-67 dulcedine] nigredine BQY, albedine Z 67 et ockham] et etiam in prologo Z, om. B

de unitate scientiae et diversitate respectu diversorum principiorum et conclusionum speculabilium⁵, et dicas uniformiter hic et ibi, quia eadem est difficultas omnino et non maior neque minor.

Quomodo autem prudentia distinguitur a scientia morali et quomodo non, et exempla de prudentia tribus primis modis accepta⁶, quaere supra in isto quaternio, in dubitatione de virtutibus moralibus⁷.

[DISTINCTIO SECUNDA]

Secunda distinctio est quod habituum moralium quidam sunt geniti ex actibus imperativis executionis formaliter, quidam sunt geniti ex actibus respectu eorundem obiectorum, qui actus non sunt formaliter imperativi executionis sed tantum aequivalenter imperativi, quia ad illos actus non inclinat habitus talis quando est impedimentum executionis, sed amoto omni impedimento, tunc ad tales actus inclinat habitus de necessitate.

Exemplum primi: aliquis vult patienter sustinere mortem pro defensione fidei, et intentata sibi morte, imperat potentiis sustinere talem poenam sine rebellionem. Istud imperium non est nisi velle actualiter sine contradictione sustinere mortem quando mors sibi offertur. Aliud exemplum est: aliquis habens multas divitias vult actualiter illas dare pauperibus pro amore Dei, et imperat actualiter, amoto impedimento, potentiis executivis ut exequan-

68 et diversitate] et unitate BQY, om. Z 69 dicas] dic P, dices Z, dices F, dicit DE || hic] in hoc DF 73 in isto quaternio om. BHQYZ || dubitatione] divisione DFP, distinctione Z 80 illos] istos BQY || inclinat] inclinant BQSY || talis] tales BQY 82 inclinat] inclinant BQSY, declinat P 84 potentiis] inferioribus add. BHLQY 85 talem] mortem vel (et T) add. PTZ 86 contradictione] aliqua add. BQY 87 offertur] PST, infertur BHQY, affertur Z, conficitur DF 89 ut] quod BQTY, nunc add. PZ

⁵ Cf. Scotus, *Quaest. in Metaph. Aristot.*, VI, q. 1, n. 4 (ed. cit., IV, 650b); Ockham, *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 8 (OTh I, 215, 8-217, 4); *Quaest. in III Sent.*, q. 9 (OTh VI, 287, 1-289, 14). ⁶ Supra, lin. 3-26. ⁷ Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 10, lin. 219-280; *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 11

tur. Quod imperium non est aliud quam velle sic actualiter dare, 90
amoto omni impedimento; si enim esset impedimentum, tunc non
posset rationabiliter velle dare absolute sed tantum condicionaliter,
puta si tale impedimentum non esset.

Exemplum s e c u n d i: aliquis vellet sustinere mortem pro 95
defensione fidei, si mors immineret sibi, et non esset impedimen-
tum. Similiter, quantum ad aliud exemplum, aliquis vellet libenter
dare divitias pro amore Dei, si eas haberet, et non esset aliud im-
pedimentum; sed quia non habet, ideo non potest rationabiliter
illas actualiter absolute dare propter impedimentum. Istud velle
est actus imperativus non formaliter sed tantum aequivalenter. 100

Ex istis actibus generantur distincti habitus specie, tum prop-
ter distinctionem obiectorum specificam, quia unus actus habet
impedimentum pro obiecto, alius, qui est formaliter imperativus,
non habet; tum quia quantumcumque habitus ille generatus ex
actibus imperativis aequivalenter augeretur in infinitum, num- 105
quam inclinaret ad actum imperativum formaliter. Distinctio isto-
rum patet per separabilitatem actuum, quia aliquis potest habere
actum imperativum aequivalenter, etsi numquam habeat actum
imperativum formaliter.

[DISTINCTIO TERTIA]

110

Tertia distinctio est quod iustitia et quaelibet una virtus mora-
lis, secundum quod non est alia virtus nec formaliter nec aequi-
valenter, habet quinque gradus, non quidem eiusdem speciei, sed
distinctarum specierum.

97 aliud] om. BFQYZ, aliquod E 98 habet] eas add. BQY 99 actualiter] om. DLZ,
velle H, et add. F 106 formaliter] quia sunt actus add. BQY || distinctio] distinctorum BEQSY
106-107 istorum] obiectorum BQSY, om. EP 107 patet] tum (tunc Y) etiam BQY || separa-
bilitatem] separationem BEFQSY 111 una] alia FZ

(OTh I, 317, 7-318, 23; 319, 23-321, 5).

[QUINQUE GRADUS VIRTUTIS]

115

Primus gradus est quando aliquis vult facere opera
iusta conformiter rationi rectae dictanti talia opera esse facienda
secundum debitas circumstantias respicientes praecise ipsum opus
propter honestatem ipsius operis sicut propter finem, puta intel-
lectus dictat quod tale opus iustum est faciendum tali loco tali 120
tempore propter honestatem ipsius operis vel propter pacem vel
aliquid tale, et voluntas elicit actum volendi talia opera confor-
miter iuxta dictamen intellectus.

Secundus gradus est quando voluntas vult facere
125 opera iusta secundum rectum dictamen praedictum, et praeter hoc
cum intentione nullō modo dimittendi talia pro quocumque quod
est contra rectam rationem, etiam non pro morte, si recta ratio
dictaret tale opus non esse dimittendum pro morte; puta si homo
velit sic honorare patrem secundum rectum dictamen praedictum
130 loco et tempore etc., cum intentione et voluntate non dimittendi
illum honorem pro morte, si immineret.

Tertius gradus est quando aliquis vult tale opus
facere secundum rectam rationem praedictam cum intentione prae-
dicta, et praeter hoc vult tale opus secundum circumstantias prae-
135 dictas facere praecise et solum quia sic est dictatum a recta ratio-
ne⁸.

Quartus gradus est quando vult tale opus facere
secundum omnes condiciones et circumstantias praedictas, et prae-
ter hoc propter amorem Dei praecise, puta quia sic dictatum est ab
140 intellectu, quod talia opera sunt facienda propter amorem Dei

118 opus] iustum faciendum tali loco et (om. L) tali tempore et add. BLQY 127 non om. FPT
133-134 praedicta] P, hac E, etc Z, secundum circumstantias praedictas BQSY, om. DF 134 secun-
dum] ultra BQY 137 quando] aliquis add. BDQY 138 condiciones et om. BQY 139 prae-
cise] praecipue BHY, om. E || quia] quod BEQSTY 139-140 ab intellectu om. BQY

⁸ Cf. infra, art. 4, lin. 451-467; Ockham, *Dialogus*, I, Lib. VI, cap. 77
(ed. Lugduni 1494, f. 90rb, Responsio - f. 90va, lin. 7).

praecise. Et iste gradus solum est perfecta et vera virtus moralis de qua S a n c t i⁹ loquuntur.

Quod autem sit proprie virtus moralis patet primo, quia generatur ex actibus moralibus et inclinatur ad actus consimiles et dirigit in actibus respectu eorundem obiectorum, quod proprie pertinet ad virtutem moralem; secundo, quia variatio finis non variat virtutem quantum ad moralitatem et non moralitatem, quia respectu diversorum finium possunt esse diversae virtutes morales, hic autem solum variatur finis a praedictis gradibus; tertio, quia vitium oppositum est proprie vitium morale, igitur istud est virtus moralis.

Q u i n t u s g r a d u s¹⁰ est quando aliquis eligit tale opus facere secundum praedictas condiciones excepto fine, quando¹¹ indifferenter potest fieri propter Deum tamquam propter finem, et propter honestatem vel pacem vel aliquid tale, — quod dico pro intentione philosophi¹² —, et praeter hoc eligit tale opus facere actu imperativo formaliter, non tantum aequivalenter. Et si tunc velit actu imperativo formaliter facere vel pati aliquid quod ex natura sua excedit communem statum hominum et est contra inclinationem naturalem, vel si tale opus non excedit communem statum hominum nec est contra inclinationem naturalem quantum est ex natura actus, sed solum ex aliqua circumstantia est contra inclinationem naturalem, talis inquam actus imperativus formaliter talis operis est generativus virtutis heroicae vel elicitus a virtute heroica secundum intentionem philosophi et secundum veri-

145 eorundem] eorum BFHS 147 moralitatem¹] moralem FH || moralitatem²] moralem FH
150 vitium¹] sibi add. BELSY || istud] BDFZ, ista S, iste gradus LQY 152 eligit] elicit DEHT
155 et] vel BLQY, aut Z, ut S 156 eligit] FL, elicit cett. 159 communem] omnem DFH
162 sed solum] tamen BLQYZ 164 talis operis] tale opus DEFPSZ

⁹ Cf. August., *De civitate Dei*, XIX, c. 25 (PL 41, 656); *De Trinit.*, XIII, c. 20, n. 26 (PL 42, 1036); Ockham, ibidem. ¹⁰ Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 10, lin. 72–159; 304–326. ¹¹ Cf. infra, art. 3, lin. 322–329.
¹² Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTh VII, p. 58, lin. 5–19).

tatem, et nullus alius habitus generatus ex quibuscumque aliis actibus est virtus heroica.

Exemplum p r i m i¹³: aliquis vult actualiter actu imperativo formaliter, morte sibi imminente, pro defensione fidei, sive combustionem sibi imminente, sustinere mortem vel combustionem. Exemplum s e c u n d i¹⁴: aliquis habens iustitiam, sic quod pro nullo quod est contra rectam rationem vult deserere iustitiam et facere iniustitiam, post exponitur igni vel carceri perpetuo nisi faciat iniustitiam. Hoc nolle facere iniustitiam non excedit communem statum hominum, sed nolle sic, quantum ad illam circumstantiam quae est recta ratio universalis, excedit communem statum hominum. Si tunc ille citius vult actu imperativo formaliter executionis actus exterioris intrare ignem quam deserat iustitiam, ille utique tam in primo casu quam in secundo est perfecte heroicus, et non alius.

Distinctio numeralis istorum habituum et actuum¹⁵ patet per separabilitatem ipsorum. Distinctio specifica patet, p r i m o per distinctionem specificam obiectorum partialium, quia pono¹⁶ quod illa quae ponuntur circumstantiae virtutum ab aliis, sunt obiecta partialia et secundaria ipsius actus virtuosus, et ideo quando talia obiecta variantur secundum speciem, actus et habitus istorum variantur secundum speciem; sed actus cuiuslibet gradus ascendendo habet aliquod obiectum et circumstantiam distinctam specie quod non habet alius gradus inferior. S e c u n d o patet, quia quantumcumque unus gradus augetur in infinitum, numquam inclinabit ad actum alterius gradus; sed illa quae sunt eiusdem speciei, possunt habere effectum eiusdem speciei; igitur etc.

168–180 exemplum ... alius om. L 169 sibi om. BHQSY 169–170 sive ... imminente om. BHQTY 173–192 nisi ... etc] et hoc propter amorem dei T 174 hoc] hic FHS 178 actus exterioris] aliquid ex istis BQSY || intrare ignem] DFH, om. cett. 179 casu] actu PZ 182 primo om. BELQSY 183 pono] teneo BLQY 190 augetur] augetur DEFH, etiam add. BQY

¹³ Lin. 158–160. ¹⁴ Lin. 160–163. ¹⁵ Scil., quinque graduum.
¹⁶ Cf. infra, art. 4, lin. 401ss.

[DISTINCTIO QUARTA]

Quarta distinctio¹⁷ est quod virtus theologica accipitur dupliciter, large et stricte: *l a r g e* accipitur pro virtutibus acquisitis, puta pro fide acquisita, spe acquisita, caritate acquisita, quia isti habitus habent Deum pro objecto; *s t r i c t e* accipitur solum pro istis habitibus infusis.

[DISTINCTIO QUINTA]

Quinta distinctio¹⁸ est quod aliquis actus est intrinsece bonus moraliter, aliquis intrinsece malus et vitiosus, aliquis neuter sive indifferens. Exemplum primi: velle orare propter honorem Dei et quia praeceptum est a Deo secundum rectam rationem etc. Exemplum secundi: velle orare propter vanam gloriam et quia contra praeceptum Dei et contra rectam rationem. Exemplum tertii: velle simpliciter orare sine aliqua circumstantia dictata a ratione, quia nec propter bonum finem nec propter malum, quia propter nullum finem; et talis actus, sive interior sive exterior, solum dicitur bonus denominatione extrinseca et nullo modo intrinsece, nec vitiosus.

[DISTINCTIO SEXTA]

Sexta distinctio¹⁹ est quod aliquis actus est bonus ex genere vel malus, aliquis ex circumstantia, aliquis ex principio meritorio.

200 actus] habitus PZ 201 sive] et BQY 202-208 exemplum ... finem om. L 208 actus] indifferens add. BLQY || interior sive om. DEFP 213 aliquis?] bonus add. DF

¹⁷ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 9 (OTh VI, 281, 2-282, 6).
¹⁸ Cf. supra, art. 1, lin. 99-130; Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 383, 19-385, 9); Alexander de Hales, *Summa theol.*, II-II, n. 388 (ed. Quaracchi, III, 388b). ¹⁹ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 7, q. un., nn. 11-12 (ed. cit., VI, 566s.); *Ordinatio*, I, d. 17, p. 1, qq. 1-2, n. 62 (ed. Vat., V, 163s.); *Report. Paris.*, II, d. 7, q. 3, n. 27 (ed. Wadding, XI, 296); d. 40, q. un., nn. 2-3 (ed. cit., XI, 407s.).

Exemplum primi quantum ad actum bonum ex genere: sicut orare, dare eleemosynam, sive velle talia facere absolute sine aliqua circumstantia bona vel mala. Exemplum quantum ad actum malum: velle furtum facere, velle fornicari, absolute sine aliqua circumstantia bona vel mala; de quibus dicit *P h i l o s o p h u s* et *S a n c t i* dicunt²⁰, quod statim nominata convoluta sunt cum malitia.

Exemplum secundi: velle abstinere secundum circumstantias dictatas a recta ratione propter honestatem tamquam propter finem vel propter conservationem naturae vel alium finem quem intenderet philosophus paganus. Exemplum secundi quantum ad actum malum: velle fornicari contra rectam rationem, loco indebito etc., et propter libidinem tamquam propter finem.

Exemplum tertii: velle continere secundum rectam rationem et alias circumstantias, et propter honorem divinum quia talis actus est Deo acceptus.

[DISTINCTIO SEPTIMA]

Septima distinctio est quod habituum inclinantium ad actus quidam sunt subiective in parte sensitiva et quidam in voluntate. Primum membrum patet²¹ per experientiam de brutis, furiosis et infatuatis, qui aliquos actus possunt elicere in absentia rerum sensibilium; non per intellectum et voluntatem, quia in eis non est usus rationis; igitur per phantasiam et alias virtutes sensitivas. Hoc non potest esse sine habitu genito ex actu qui habetur in praesentia illarum rerum, quia impossibile est quod aliquid transeat de contradictorio in contradictorium etc.; sed phantasia in

220 malitia] HPTZ, malis cett. 221-222 circumstantias] debitas et add. FZ 225 loco] vel loco et (aut L) tempore BLQY 228 et² om. BQY || divinum] dei BHLQY, et add. EHL

²⁰ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 6 (1107a 8-12); August., *Contra mendacium*, c. 7, n. 18 (PL 40, 528s.). ²¹ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 356, 11-357, 12; 359, 1-8).

cum vitio. Item, III *Ethicorum*⁴: «Omnis malus est ignorans. . .», 25
igitur scientia sive prudentia non stat cum malitia.

[CONTRA OPINIONEM THOMAE AQUINATIS]

Contra istam opinionem: p r i m o, quia concedit propo-
situm, scilicet quod non omnes virtutes necessario sunt connexae,
quia illae quae perficiunt hominem in determinato statu, non sunt 30
connexae cum aliis quae perficiunt hominem secundum commu-
nem statum. S e c u n d o, quia possibile est quod alicui oc-
currat materia unius virtutis, quae perficit hominem secundum
communem statum, et non alterius, sicut possibile est quod alicui
occurrat materia temperantiae et non fortitudinis, et per conse- 35
quens potest se exercere circa materiam illius virtutis, adquirendo
temperantiam et non fortitudinem, per rationem suam. T e r-
t i o, quia videtur contradicere sibi ipsi, quia dicit quod prudentia
non potest esse sine virtutibus moralibus, quia qua ratione pru-
dentia separatur ab una virtute morali, et ab alia; et per conse- 40
quens qua ratione non potest esse sine virtutibus de primo genere,
nec potest esse sine virtutibus de secundo genere. Confirmatur,
quia non omnis prudens⁵ est perfecte virtuosus.

[OPINIO HENRICI GANDAVENSIS]

Ideo est alia opinio G a n d a v e n s i s, *Quodlibet V*, q. 17⁶, 45
quod in acquisitione virtutis sunt quattuor gradus, scilicet per-

26 sive] sicut BQSY 32-34 secundo ... statum om. EP 34 communem] omnem DFTZ
39-40 prudentia om. FPZ 40 separatur] potest (posset T) separari TZ, dependet EHL, om. DFP
42 nec] FHPS, non cett. 42-43 confirmatur ... virtuosus om. BLQTY 43 omnis prudens] Z, om. cett.

⁴ Cf. Aristot., ibidem, III, c. 2 (1110b 28-29); Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 11 (ed. cit., VII, 799); Henricus Gandavensis, *Quodlibet X*, q. 10 (ed. cit., f. 432v Y). ⁵ Notandum est quod verba «omnis prudens» non inveniuntur nisi in editione Z. ⁶ Cf. Henricus Gand., *Quodlibet V*, q. 16 (ed. cit., f. 186v S).

severantia, continentia, temperantia, virtus heroica; et in acqui-
sitione habitus vitiosi sunt alii quattuor gradus, scilicet incon-
continentia, imperseverantia, intemperantia, bestialitas, secundum
50 Philosophum, VII Ethicorum, in principio⁷. Dicit enim
ibi in responsione ad argumentum⁸, quod aliquis potest exerceri
circa materiam unius virtutis et non alterius, ut adquirat perseve-
rantiam et continentiam et temperantiam in duobus gradibus,
scilicet quantum ad inchoationem et augmentationem, sed non
55 quantum ad complementum et perfectionem naturae, in quo gradu
simpliciter meretur dici virtus absolute, nec quantum ad virtu-
tem heroicam; ita quod in eodem habitu numero ponit praedictos
quattuor gradus, et in duobus primis possunt esse non connexae,
et aliquo modo in tertio gradu; sed in tertio gradu perfecto et
60 quarto necessario sunt connexae, quia sic requiritur connexio alia-
rum sicut fulcimentum, quia non posset diu conservari nisi fulci-
retur, nec diu persistere absque aliis eam fulcientibus.

Pro ista opinione arguitur multipliciter. Tangam rationes ali-
quas: primo sic: non est vera virtus quae in contrarium fini suo
65 obliquari potest; secundo, quia una sine alia non potest delectabi-
liter operari; tertio, quia una non perfecte perducit ad finem vir-
tutis sine alia. Confirmatur, quia virtus⁹ est quae habentem perficit
et opus eius bonum reddit. Praeterea, VI *Ethicorum*, virtutes sunt
sorores¹⁰. Item A u g u s t i n u s, VI *De Trinitate*¹¹. Item

50-70 dicit ... moralium] et habet opinio declarationem et in quo gradu connectuntur virtutes
et in quo non cum suis rationibus L 55 naturae om. BEQSY

⁷ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, VII, c. 1 (1145a 15 - 1145b 7). ⁸ Cf. Henricus Gand., ibidem, q. 17 (ed. cit., ff. 192v X - 193r; ff. 190v K - 191r M); Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 2 (ed. cit., VII, 784).
⁹ Cf. Aristot., ibidem, II, c. 5 (1106a 15-17). ¹⁰ Cf. Eustratius, *In Ethica Nicom. Commentaria* (ed. G. Heylbut, *Comm. in Aristot. Graeca*, Berolini 1892, XX, 309, lin. 37). ¹¹ Cf. August., *De Trinit.*, VI, c. 4, n. 6 (PL 42, 927).

talibus et appetitus sensitivus post primum actum possunt aliquem 240
actum elicere quem non possunt ante primum actum; igitur ex
illo actu aliquid generatur in tali potentia; non species²², quia illa
non est ponenda, sicut alibi patet; si etiam ponatur, illa praecedit
actum; et si illa sola ponatur, numquam potest in actum in absen-
tia rerum si non habeatur actus in eadem potentia in praesentia 245
obiecti; igitur ex illo actu causatur aliquis habitus in tali potentia;
igitur etc.

Secundum membrum patet²³, quia aliquis habitus est simpli-
citer virtus et primo, et non nisi voluntatis, quia nullus actus
generativus habitus talis est primo virtuosus nisi actus voluntatis; 250
igitur etc. Praeterea si non, hoc non esset nisi propter libertatem
voluntatis, quae non potest determinate inclinari ad unam partem
contradictionis; vel propter conformitatem eius ad rectam ratio-
nem, quia scilicet non potest discordare a recta ratione. Primum
non impedit, quia secundum omnes caritas est ponenda in volun- 255
tate ad eliciendum actum meritorium, qui libere elicitur aliter non
esset meritorius, et tamen inclinatur voluntatem per modum naturae
ad unum determinate. Nec secundum impedit, quia illud assump-
tum falsum est, sicut postea patebit²⁴.

241 possunt] habere add. BLQY, elicere add. H 242 tali] illa BFQY 243 alibi] in
secundo HL 244 actum¹] primum add. HL || numquam] nunc add. P || potest] potuit DFP,
potentia add. BEHQSY 249 virtus] virtuosus BELQY || nullus] nullius alterius potentiae BLQY
250 generativus ... est] est gen. hab. talis BQY || virtuosus] virtuosus BQY 251-259 praeterea
... patebit] item haec probat aliter est in tertio libro L, om. T 257 naturae] et add. BQY

²² Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 2, q. 9 (OTh II, 314, 5-8); *Quaest.*
in II Sent., qq. 12-13 (OTh V, 253, 11-15; 256, 7-9; 269, 16-19; 271, 3-272,
4; 302, 11-20). ²³ Cf. supra, art. 1, lin. 158-160; Ockham, *Quaest. in III*
Sent., q. 11 (OTh VI, 357, 16-358, 14; 363, 1-19; 365, 3-23). ²⁴ Infra,
art. 3, lin. 224-238; 520-532; 690-695.

[ART. III: RESPONSIO AD QUAECTIONEM]

Circa tertium articulum principalem sunt quattuor articuli:
p r i m u s est de connexionione virtutum moralium inter se; s e-
c u n d u s est de connexionione earum cum virtutibus theologicis;
5 t e r t i u s est de connexionione earum cum habitibus partis sen-
sitivae; q u a r t u s est de connexionione earum cum prudentia.

[OPINIONES DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM INTER SE
OPINIO THOMAE AQUINATIS]

Quantum ad primum articulum est una opinio T h o m a e,
10 p r i m a s e c u n d a e, q. 65¹, quod aliquae sunt virtutes quae perfici-
unt hominem secundum communem statum, quantum ad ea quae
communitur omni homini occurrunt, cuiusmodi sunt virtutes
cardinales; quaedam sunt quae perficiunt hominem quantum ad
statum specialem et quantum ad illa quae conveniunt homini se-
15 c u n d u m illum statum, sicut magnificentia, magnanimitas, quae
conveniunt homini existenti in dignitate, potestate et honore,
et aliis virtutibus. Loquendo de primis, dicitur quod illae sunt
connexae; loquendo de secundis, illae non sunt connexae.

Quantum autem ad connexionem virtutum cum prudentia,
20 dicit² quod prudentia non potest esse sine virtutibus moralibus,
quia prudentia est recta ratio agibilium, quae procedit ex finibus
virtutum. Quare in T h o m a.

Item P h i l o s o p h u s, VI *Ethicorum*³: «Malitia est cor-
ruptiva principii», principium autem est prudentia, igitur non stat

17 et aliis virtutibus om. BHQTY

¹ Cf. Thomas Aquinas, *Summa theol.*, I-II, q. 65, a. 1, ad 1. ² Cf.
Thomas Aquinas, ibidem, q. 58, a. 5 Resp. ³ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*,
VI, c. 5 (1140b 19-20); Henricus Gandavensis, *Quodlibet V*, q. 17 (ed. Paris.
1518, f. 190r F).

Gregorius, *X Moraliū*¹². Quaere haec et alia in G a n- 70
d a v e n s i et I o a n n e¹³.

[CONTRA OPINIONEM HENRICI GANDAVENSIS]

Contra istam opinionem, quia multipliciter peccat: p r i m o,
quia male allegat P h i l o s o p h u m, quia non ponit nisi
tria membra, sicut patet in principio septimi¹⁴, ubi ponit conti- 75
nentiam, temperantiam et virtutem heroicam ex una parte, et ex
alia parte ponit incontinentiam, malitiam et bestialitatem. Sed
capitulo 9 et 10¹⁵, ponit quattuor, scilicet perseverantiam, conti-
nentiam ex una parte, et ex alia parte ponit mollitiem et inconti-
nentiam. Et distinguit inter ista, quia continentia et incontinentia 80
sunt circa delectationes, perseverantia et mollities circa tristitias.
Unde dicit sic, 9 capitulo¹⁶: «hic autem circa delectationes incon-
tinens, hic autem continens; hic autem circa tristitias mollis, hic
autem perseverans».

Quod sic intelligo¹⁷, quod continens est ille qui habet pravās 85
concupiscentias et delectationes in appetitu sensitivo, et non se-
quitur eas sed sequitur rectam rationem; incontinens, qui dimittit
rectam rationem et sequitur illas delectationes. Ideo continentia et
incontinentia habent proprie fieri circa delectabiles concupiscen-
tias. Perseverans est ille qui habet virtutem, sed in illa aliquando 90
perseverat cum tristitia propter aliquid extrinsecum annexum ma-

74 ponit] ibi *add.* BQY 76 temperantiam *om.* DFHPT 77 malitiam] mollitiem F, mol-
litiam S 88-90 ideo ... concupiscentias *om.* ELS 89 delectabiles] delectationes et (*add.* H) HPTZ
89-90 concupiscentias] carnis PZ, *om.* T 90 sed] et BELQY

¹² Cf. Gregorius, *Moraliū Libri*, XXII, c. 1, n. 2 (PL 76, 211-212).
¹³ Cf. Henricus Gand., ibidem, q. 17 (ed. cit., ff. 188v Q - 189v B; ff. 191v
P - 192v V); Scotus, ibidem, n. 3 (ed. cit., VII, 784). ¹⁴ Cf. supra, nota 7.
¹⁵ Cf. Aristot., ibidem, VII, c. 1, c. 2 (1145a 35-36; 1145b 8-10). ¹⁶ Cf.
Aristot., ibidem, c. 8 (1150a 13-15). ¹⁷ Cf. Ockham, supra, q. 6, art.
10, lin. 6-28; 68-71; 206-213.

teriae illius virtutis. Mollis est, qui propter illud extrinsecum, ex
quo sequitur tristitia, dimittit actum virtutis, quia non vult illum
actum exercere cum tristitia.

95 *Exemplum*: si aliquis esset virtuosus in surgendo ad matuti-
num ad laudandum Deum, si esset frigidus vel piger vel aliquid
tale sibi accideret, et exerceret tunc actum illius virtutis, hoc esset
cum quadam tristitia, et diceretur talis perseverans, continuando
actum virtutis. Si autem dimitteret actum virtutis et non exerceret
100 illum quia non vult talem actum exercere cum tristitia, tunc dice-
retur mollis.

Quod autem bestialitas distinguatur per objecta a virtute, patet
per eum, capitulo 7¹⁸: «Dico autem bestiales...». Quomodo autem
isti gradus quos ponit P h i l o s o p h u s distinguuntur,
105 patebit postea¹⁹.

S e c u n d o, ponendo quod essent gradus tales in virtute
sicut non sunt, adhuc non valet quod dicit de connexionem²⁰. Primo,
quia possibile est materiam unius virtutis occurrere et numquam
alterius, et per consequens circa materiam illius virtutis potest
110 generari virtus in gradu heroico sine aliqua alia virtute, maxime
cum secundum eum²¹ isti sint gradus unius quantitatis, et una
potest augmentari usque ad gradum supremum possibilem sibi
sine alia, quando non occurrit materia alterius.

Praeterea virtus sufficit ad fulciendum seipsam sine quacum-

95-96 matutinum] matutinas DEHZ 96 esset ... piger] frigus vel (*add.* L) pigritia BLQY
97 sibi *om.* BQSY || exerceret] nihilominus *add.* BLQTY 108 virtutis] alicui *add.* BQY 111 sint]
FHLPZ, sunt *cett.* || quantitatis] DFPTZ, virtutis *cett.* 113 alterius] tertio (*add.* L) contra illud
quod dicit quod in tertio gradu perfecto et in quarto sunt virtutes necessario connexae ita quod una
requirit aliam sicut fulcimentum quasi (quia LY) non posset diu conservari et (nec L) permanere
nisi suffulciretur ab aliis (alia etc Y) sed *add.* BLQY 114 praeterea] contra BLQY || virtus]
perfecta *add.* BHLQSY

¹⁸ Cf. Aristot., ibidem, VII, c. 6 (1148b 19ss.). ¹⁹ Cf. Ockham, supra,
q. 6, art. 10. ²⁰ Lin. 57-62; cf. Ockham, ibidem, lin. 284-309. ²¹ Cf.
Henricus Gand., *Quodlibet V*, q. 17 (ed. cit., f. 192r S); q. 16 (ed. cit., f. 187r
Y); q. 17 (ed. cit., f. 191v O).

que alia; igitur etc. Antecedens patet, quia stante vitio opposito 115
alteri virtuti, quamvis non in complemento, sufficit; igitur sine illa
virtute sufficit. Patet enim per experientiam quod aliquis intempe-
ratus citra complementum intemperantiae potest velle exercere
opera iustitiae et facere, igitur multo magis potest talia opera
exercere sine temperantia. Ideo dixi 'in complemento', quia tunc 120
aliquis est in complemento vitii quando propter actum vitiosum
vult omnino deserere actum virtuosum, et ideo intemperantia in
tali gradu non stat cum iustitia.

Praeterea quando²² aliqua causa nata est generare aliquem ef-
fectum augmentabilem, illa approximata generabit et perducet ad 125
perfectionem tantam quantam potest; sed sic est de causis genera-
tivis unius virtutis sine alia.

Praeterea secundum²³ istam viam multi Sancti et Confessores
non habuissent aliquam virtutem moralem perfecte, quia multi
fuerunt quibus numquam materia fortitudinis occurrit nec materia 130
regiminis.

S i d i c a s quod occurrebat eis in cognitione et fuerunt
parati mortem sustinere, si materia eis occurrisset, et eodem modo
ad bene regendum: c o n t r a, forte numquam cogitabant de
materia fortitudinis nec de regimine, nisi tantum forte in generali, 135
saltem hoc est possibile. Sed sic cogitare non sufficit ad virtutem

116 alteri] tali P, alicui Y, illi Z 116-117 igitur ... sufficit] virtus una ad eliciendum actum
suum ergo multo magis sufficit sine virtute illa et sicut (sic BQY) potest elicere actum ita frequenter
et (ita add. BQY) per actus proprios augmentabitur et fulcietur sufficienter BLQY 116 illa] alia PZ
118 citra ... intemperantiae om. QSY || velle] perfecte add. S, non add. P || exercere] perfecte BQY,
om. T 120 in complemento] citra complementum (completum BQY) BLQY, vitii contrarii
add. BLQ 121 complemento] completo BQY 122 ideo] cum BQY, om. S 123 gradu om.
DH || cum om. BQY 125 perducet] producet HLZ, producit BEQY, illum effectum add. BLQY
126 tantam om. BQTY || quantam] quantum BQYZ 130 occurrit om. DEP 135 tantum
om. BLQSY 136 cogitare] in generali add. BQY

²² Supra, lin. 66-67; cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTH VI, 420, 11-421, 7; 424, 6-20); Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 9 (ed. cit., VII, 796). ²³ Cf. Scotus, ibidem, n. 4 (ed. cit., VII, 784s.).

moralem in speciali, quia ad illam requiritur prudentia in speciali,
sicut prius dictum est²⁴.

[CONCLUSIONES AUCTORIS DE CONNEXIONE VIRTUTUM INTER SE

140

CONCLUSIO PRIMA]

Ideo respondeo ad istum articulum, et sit haec prima con-
clusio, quod virtutes morales omnes connectuntur in quibusdam
principiis universalibus, puta 'omne honestum est faciendum',
'omne bonum est diligendum', 'omne dictatum a recta ratione est
145 faciendum', quae possunt esse maiores et minores in syllogismo
practico concludente conclusionem particularem, cuius notitia est
prudentia immediate directiva in actu virtuoso. Et potest idem
principium numero esse maior cum diversis minoribus acceptis
sub, ad concludendum diversas conclusiones particulares, quarum
150 notitiae sunt prudentiae directivae in diversis actibus virtuosis,
sicut de ista conclusione dictum est diffuse in *Reportatione* O c k-
h a m in materia morali²⁵. Quaere ibi.

[CONCLUSIO SECUNDA]

Secunda conclusio²⁶ est ista, quod una virtus perfecta sufficien-
155 ter cum voluntate et recta ratione sive prudentia inclinatur ad pri-
mum actum alterius virtutis qui est generativus illius virtutis;
et intelligo per virtutem perfectam virtutem in tertio et quarto

137 in¹ speciali¹ om. BQSY 142 omnes om. EFL 144 bonum est diligendum] malum
est dimittendum BQY 147 immediate] in particulari BQY 148 acceptis] applicatis BQY,
subsumptis H 149 sub] simul BQSY, sic E, om. HZ || conclusiones] propositiones BQY
150 notitiae ... prudentiae tp. BQSY 151 diffuse] confuse BD || reportatione] reportorio BQY
151-152 ockham] ethicorum BQ, om. YZ 156 qui est generativus] quae est generativa BQY
157 virtutem² om. DLSZ

²⁴ Supra, art. 2, lin. 30-50. ²⁵ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTH VI, 425, 1-426, 3). ²⁶ Cf. Ockham, ibidem (OTH VI, 426, 4-19); *Dialogus*, I, Lib. VI, cap. 77 (ed. cit., f. 90rb, Responsio - f. 90va, lin. 7).

gradu, de quibus supra dictum est²⁷. Quia si aliquis vult aliquid solum quia dictatum est a recta ratione quantum ad tertium gradum, vel quia solum dictatum est a recta ratione et propter honorem divinum, tunc vult omne dictatum a recta ratione; et ita dic-
tante recta ratione quod actus virtuosus sit eliciendus circa mate-
riam alterius virtutis, statim ista virtus, licet sit alterius speciei
in uno gradu vel in alio, inclinatur voluntatem sufficienter ad elici-
endum actum primum alterius virtutis. Patet exemplum de iustitia
et temperantia.

*the will
is key*

Et si quaeras utrum virtus in secundo gradu²⁸ inclinet sufficienter modo praedicto ad primum actum alterius virtutis: respondeo quod aliquando inclinatur, aliquando non. Universaliter enim, quando occurrit materia alterius virtutis cum aliqua circumstantia repugnante conservationi istius virtutis in secundo gradu, tunc inclinatur ad primum actum alterius virtutis, in secundo gradu sicut in tertio vel quarto. Quando autem occurrit cum circumstantiis impertinentibus, tunc non inclinatur.

Exemplum: si enim aliquis sit iustus et immineat sibi mors nisi faciat actum iniustitiae, talis iustitia in secundo gradu inclinatur statim modo praedicto ad actum primum fortitudinis, quia actus illius virtutis est nolle deserere iustitiam pro aliquo quod est contra rectam rationem; et ideo si recta ratio dictet quod citius sustinenda est mors quam fiat actus iniustitiae, statim illa iustitia in tali gradu inclinatur ad actum primum fortitudinis. Sed si aliquis habeat iustitiam in praedicto gradu et immineat sibi mors nisi faciat actum

159 dictatum est] DTZ, dictatum FHL, dictatur BQSY 160 dictatum est] dictatur BQS
|| et] DEHPZ, om. cett. 170 universaliter] contingit BQSY || occurrit] homini add. BQSY
171 repugnante om. BQY || conservacioni] conservativa BQY || istius] illius BHQY, huiusmodi D
172 tunc ... virtutis om. BDFSZ || ad ... virtutis om. L || primum om. PT || alterius] talis QY
173 in ... gradu] HLPT, om. cett. 173-174 occurrit] occurrunt BQY 176 talis] tunc LQY, tunc
add. B || secundo] quarto BST 177 modo praedicto om. BHLQY 180 quam] quod add. BHQY
182 praedicto] primo BQY

²⁷ Supra, art. 2, lin. 132-142. ²⁸ Supra, art. 2, lin. 124-131.

intemperantiae, puta nisi fornicetur, ibi non inclinatur iustitia in gradu praedicto ad primum actum temperantiae, quia potest istam iustitiam conservare secundum rectam rationem et tamen facere actum intemperantiae, quia hic nulla est repugnantia inter actus nec inter circumstantias actuum.

Sed utrum iustitia in primo gradu²⁹ inclinatur ad primum actum alterius virtutis? Respondeo quod non, quia potest aliquis velle facere opera iusta conformiter rectae rationi absque hoc quod plus inclinetur ad volendum actum temperantiae conformiter rectae rationi, quia tam isti actus quam circumstantiae actuum sunt impertinentes ad invicem; et ideo habitus a quo elicitur unus actus, non inclinatur ad alium actum impertinentem.

De hac conclusione, quomodo scilicet una virtus inclinatur ad actum primum alterius, quaere in Ockham ubi prius³⁰.

Si quaeras utrum iustitia, secundum quod est virtus heroica³¹, inclinatur sufficienter ad actum alterius virtutis: respondeo quod aliquando inclinatur, aliquando non. Nam occurrente materia alterius virtutis cum aliqua circumstantia necessario sequente iustitiam vel repugnante, puta si oporteret aliquem deserere actum iustitiae vel facere inhonestum, vel sustinere carcerem, ibi inclinaretur sufficienter ad actum fortitudinis. Si autem occurrat materia alterius virtutis cum circumstantiis omnino impertinentibus, puta si oporteret aliquem bona sua perdere nisi faceret actum intemperantiae, in tali casu non inclinatur sufficienter.

Si quaeras utrum iustitia in uno gradu inclinatur ad actum iustitiae in alio gradu: respondeo, primus gradus

184 actum] gradum BLQYZ 187 actuum] actionum BQSY 188 sed utrum] sic ergo
BQY, similiter nec H || gradu] non add. BQY 189 respondeo quod non om. BQY 190 iusta]
iustitiae HLST 193 invicem] finem BQSY 196 in ockham] in ethicis BQS, in reportorio
Y, om. LZ 202 iustitiae] vel temperantiae add. BQY 203 ibi] illo modo BQY 204 alterius]
BHLQY, illius S, om. cett. 205 aliquem] aliqua BQY 206 inclinatur] inclinaret BQSY

²⁹ Supra, art. 2, lin. 116-123. ³⁰ Cf. Ockham, Quaest. in III Sent., q. 12 (OTh VI, 426, 4-19). ³¹ Supra, art. 2, lin. 152-167.

non videtur inclinare ad secundum, quia secundus habet circumstantiam omnino impertinentem ad primum, nec sequentem nec repugnantem sibi; nec eadem ratione secundus inclinatur ad tertium nec ad quartum. Sed tam secundus quam tertius quam quartus inclinant ad quintum, puta ad heroicam.

[CONCLUSIO TERTIA]

Tertia conclusio³² est quod nulla virtus moralis in quocumque gradu necessario coexigit aliam virtutem in quocumque gradu. Hoc probatur, quia aliquis potest se exercere circa materiam unius virtutis in quocumque gradu supradicto absque hoc quod exerceat se circa materiam alterius virtutis, quia possibile est quod non occurrat materia cuiuscumque alterius virtutis, et non videtur maior ratio quare potest se exercere magis in uno gradu quam in alio, et ita in quolibet vel in nullo; et si quandoque occurrat materia alterius virtutis, hoc accidit.

[CONCLUSIO QUARTA]

Quarta conclusio³³ est quod duo primi gradus virtutis stant cum vitio contrario alteri virtuti et³⁴ recto iudicio rationis, non tantum respectu istius virtutis quae stat cum vitio, sed respectu alterius virtutis cum cuius opposito stat ista virtus; et similiter stat cum vitio opposito et errore respectu alterius virtutis, et hoc quantumcumque virtus in illis gradibus intendatur.

Prima pars probatur per experientiam, quia aliquis potest tem-

211 sibi] sic BQY 212 quam¹ om. DEFHP 213 inclinant] DHPT, inclinat cett. || heroicam] heroicum BLQY 216 necessario om. BQSY 221 quare] non add. BHQY 226 alteri virtutis] alterius virtutis TZ || et recto] stante vero F 227 tantum] tamen FZ, om. T || istius] illius HZ 228 ista] illa BEHLQY 229 stat om. BQSY || respectu om. BQY

³² Cf. Ockham, ibidem (OTh VI, 420, 11–421, 7; 424, 6–20). ³³ Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 10, lin. 284–303; infra, q. 8, lin. 260–266.

³⁴ Scil., et cum recto iudicio rationis.

perate agere secundum duos primos gradus temperantiae et tamen velle iniuste agere, etiam dictante ratione recta quod talia opera iniusta non sunt facienda sed opposita sunt facienda. Etiam stante ratione recta tam respectu temperantiae quam respectu iustitiae, potest aliquis propter libertatem voluntatis velle oppositum unius, sicut post patebit³⁵, et ita potest velle facere opera iniusta et post esse iniustus.

Praeterea quando³⁶ aliquis actus sine circumstantiis stat cum alio actu, idem actus saltem genere, — non dico numero, quia non potest esse idem actus numero primo sine circumstantiis et postea cum circumstantiis —, stat cum eodem actu cum circumstantiis impertinentibus. Hoc patet, quia si stat cum eo sine circumstantiis, non posset sibi repugnare nisi propter aliquam circumstantiam repugnantem alicui circumstantiae illius virtutis. Puta, si aliquis vellet facere opera iniusta quia inhonesta vel quia contra rectam rationem, hic videtur repugnantia inter actum temperantiae in primo gradu et secundo, et inter actum iniustitiae, quia actus temperantiae tam in primo quam in secundo elicitur propter honestatem et quia conformis rectae rationi; et ideo ille qui elicitur quia inhonestus vel quia contra rectam rationem, videtur repugnare actui temperantiae propter istas duas circumstantias; igitur sublata omni repugnantia inter circumstantias et stante impertinentia inter eas, videtur quod isti actus possunt aequaliter simul stare sicut quando unus fuit sine circumstantiis. Patet igitur maior³⁷.

Sed pro minori, patet quod velle facere actum temperantiae, prout est actus indifferens et sine circumstantiis, stat cum actu

234 etiam] DFHPT, et cett. 236 oppositum] opposita BQSY 237 post²] potest HS, om. BQTY 240 alio] aliquo ELTZ 244 posset] potest BHQYZ 245 alicui om. BQSY 246 quia¹] et FZ || quia² om. ETZ 249 primo] gradu add. DHL || secundo] gradu add. BQY 250 et¹ om. BEQSY 251 quia² om. HP 252 actui] alicui FS || temperantiae] BLQY, alteri Z, om. cett. 254 aequaliter om. BQSTY

³⁵ Infra, lin. 521–522; 691–693.

³⁶ Cf. supra, lin. 170–174.

³⁷ Lin.

vitioso volendi facere opera iniusta, sicut patet per experientiam. Et potest primo elici actus in primo gradu et secundo cum circumstantiis omnino impertinentibus, ut si aliquis vellet facere opera iniusta quia nociva proximo vel destructiva vel huiusmodi, ubi ponuntur circumstantiae omnino impertinentes circumstantiis temperantiae in praedictis gradibus. Igitur virtus temperantiae in praedictis gradibus potest stare cum iniustitia.

Secunda pars³⁸ patet, quia si iniustitia potest stare cum temperantia et recta ratione respectu iustitiae, multo magis potest stare cum errore in ratione respectu iustitiae, puta si ratio erronea dictaret quod talia opera iniusta non sunt mala sed bona vel honesta.

[CONCLUSIO QUINTA]

Quinta conclusio est quod tertius gradus virtutis³⁹ non stat cum vitio opposito alteri virtuti et recto dictamine respectu illius virtutis; sed si sit ignorantia in ratione vel error respectu alterius virtutis, tunc potest stare cum vitio opposito.

Prima pars probatur, quia quando aliquid est volitum quia aliquale praecise, nihil scitum esse tale potest esse nolitum. Exemplum: si diligo Sortem quia est homo, impossibile est, stante prima dilectione, quod ego odiam aliquem quem scio esse hominem, et per consequens diligo omnem quem scio esse hominem, quia aliter sequeretur quod diligam omnem quem scio esse homi-

259 experientiam] ergo add. BQ 260 primo] post L, om. BEQSY || secundo] secundus DFZ 262 nociva proximo] BHLTZ, notitia proxima DFPS, necessaria proximo QY || destructiva] faernae add. ELQYZ 264 in ... temperantiae om. BQSY 266 si om. BQSY 275 vitio] alterius (alicuius B) virtutis add. BQY 276 quando] quodcumque DFH 277 aliquale] tale BQTY || nihil] vel EFS 279 prima dilectione] reduplicatione BQY || odiam] eum vel add. PZ || aliquem om. BQY 280 et per consequens] quia reduplicativa ista infert quod QY || quem scio esse om. QY

225-228. ³⁸ Lin. 228-230. ³⁹ Supra, art. 2, lin. 132-136; cf. Ockham, supra, q. 6, art. 10, lin. 304-326; *Dialogus*, I, Lib. VI, cap. 77 (ed. cit., f. 90rb, Responsio - f. 90va, lin. 7).

nem per primam propositionem, et tamen odirem aliquem quem scio esse hominem, quod includit contradictionem. Sed in tertio gradu diligo vel volo facere opera iusta praecise quia conformia rectae rationi. Igitur impossibile est quod sciam aliquid esse conforme rectae rationi, et tamen quod nolim illud.

Si dicas quod licet non possim nolle illud dictatum a recta ratione, tamen possum velle oppositum illius dictati; puta, possum velle actum incontinentiae quantumcumque ratio dictet continentiam esse volendam. Nunc autem vitium non tantum generatur ex actu nolendi continentiam, sed ex actu volendi incontinentiam. Igitur etc.

Respond eo quod stante prima volitione et recta ratione praedicta, impossibile est aliquem velle actum incontinentiae propter repugnantiam formalem, quia si vult facere actum iustitiae propter honestatem et praecise quia est sic dictatus a recta ratione, tunc consequenter vult necessario omne dictatum a ratione recta, stante prima volitione. Et per consequens si dictatur a ratione quod sit continendum propter honestatem, necessario vult illum actum. Igitur non potest simul velle oppositum, quia volitiones talium oppositorum sunt oppositae.

Si dicas quod tunc ista secunda volitio respectu continentiae non est actus virtuosus, quia non est in potestate voluntatis: respond eo quod sic, quatenus potest suspendere primum actum⁴⁰.

Secunda pars⁴¹ conclusionis patet, quia si aliquis ignoret actum incontinentiae esse malum vel erret credendo illum actum esse bonum, tunc cum primo actu voluntatis et tali errore potest stare

287 illud dictatum] illa dictata BHQSY 291 sed] etiam add. BHQY, et add. E 296 praecise] praecipue BQY 297 necessario om. BFQSTY 298 a] recta add. BLQY 302 tunc om. BQSTY || secunda om. BQY 307 credendo] dicendo ST, dictando BHQY 308 primo om. BQY

⁴⁰ Lin. 295-296.

⁴¹ Lin. 274-275.

vitium oppositum alteri virtuti, quia hic non videtur aliqua repugnantia.

310

[CONCLUSIO SEXTA]

Sexta conclusio est quod iustitia in quarto gradu⁴² cum nullo vitio stat nec errore culpabili. Hoc probatur, quia si aliquod vitium staret, aut illud esset peccatum ex ignorantia, vel ex malitia, vel ex passione. Non primum, quia illa ignorantia aut esset vincibilis aut invincibilis; si secundo modo, non est tunc ignorantia culpabilis; si vincibilis, tunc necessario vincit et amovet impedimentum, si diligit Deum vel honorem Dei ordinate. Non secundo modo nec tertio, quia si sic, sequitur quod aliquid plus diligeretur quam Deus, et ita corrumpetur illa virtus qua diligo aliquid propter amorem Dei ordinate.

320

[CONCLUSIO SEPTIMA]

Septima conclusio est quod iustitia in quinto gradu⁴³, prout est virtus heroica perfecta in uno christiano, qui talem actum imperaret propter honorem Dei, non compatitur secum aliquod vitium

325

309 alteri virtuti] alterius (alicuius B) virtutis BQY 313 errore culpabili] error (est add. DF) culpabilis DEFPSZ 316 secundo] DFPZ, primo cett. 317 necessario] intellectus BQSY 318 ordinate om. BQY 320 aliquid] aliquem BFQY, om. S 323 quinto] hoc BQY || prout est] ELZ, potest esse cett. 324 uno christiano] quinto gradu BFQY 324-326 qui ... causam om. BHQY || qui ... defectum om. DF 324-325 qui ... vitium] EL, secum aliquod vitium non compatitur nisi talem actum imperaret propter honorem dei Z || qui ... dei om. PT 325 non] quae non T || compatitur] compatiens P 325-326 secum ... nec om. PT

⁴² Supra, art. 2, lin. 137-142; cf. Ockham, *Dialogus*, ibidem (ed. cit., f. 90rb, Responsio - f. 90va, lin. 7; f. 91ra, lin. 4-17). ⁴³ Supra, art. 2, lin. 152-167. Textus autem primae partis huius conclusionis incertus est, cum magna ex parte non inveniatur nisi in codicibus EL, qui fide sunt minus digni, et in editione Z. Vide apparatus. Codices EL secuti sumus, sed quod textus editionis Z genuinus est, confirmari videtur ex dictis Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTH VI, 427, 9-428, 11), et hic infra, art. 4, lin. 353-366.

nec defectum culpabilem propter eandem causam. Tamen virtus heroica alicuius philosophi bene compatitur aliquod vitium, quia illae sunt alterius speciei, quia una habet Deum pro obiecto, alia non.

330

[CONCLUSIONES DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM
CUM VIRTUTIBUS THEOLOGICIS: CONCLUSIO PRIMA]

Quantum ad secundum articulum istius tertii articuli sit ista prima conclusio, quod virtutes morales in tribus primis gradibus non necessario coexigunt virtutes theologicas stricte vel large acceptas⁴⁴. Hoc patet, quia theologicae virtutes non possunt haberi sine cognitione finis in particulari, eo modo quo cognoscitur pro statu isto, in conceptu sibi proprio⁴⁵. Sed virtutes morales in praedictis gradibus possunt adquiri sine tali cognitione finis⁴⁶, sicut patet in simplici pagano, qui posset talia facere secundum rectam rationem sine investigatione ad habendum conceptum proprium de illo fine. Igitur etc.

340

[CONCLUSIO SECUNDA]

Secunda conclusio: quod duo primi gradus stant cum contrariis virtutum theologicarum. Hoc patet, quia stant cum dubitatione et dissensu respectu credendorum, patet in Secundo philosopho⁴⁷; et cum desperatione, quia nullus sperat quod non credit; et cum odio Dei, quia potest virtuosus in praedictis gradibus odire sectam christianorum.

345

326 defectum] aliquem defectum T, errorem EL 327 bene om. BFQY || compatitur] secum add. HLQY 333 tribus] duobus EL 336 finis] dei QY || modo quo] quod EST 341 illo fine] ratione finis FPZ 345 secundo] DPT, dubio FZ, om. cett. 346 credit] etc add. BQSY 347 cum om. BHQSY || potest] perfecte add. DFZ, infidelis add. BQY 348 sectam] dicta BS

⁴⁴ Supra, art. 2, lin. 194-198. ⁴⁵ Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 3, q. 2 (OTH II, 402, 20-403, 1). ⁴⁶ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTH VII, p. 58. lin. 5-19). ⁴⁷ Cf. Vincentius Bellocensis, *Speculum Hist.*, ed.

Praeterea non est maior connexio virtutum moralium et theologiarum quam unius virtutis ad aliam, nec maior repugnantia inter virtutes morales in praedictis gradibus et opposita theologiarum quam inter unam virtutem moralem et vitium oppositum alteri virtuti. Sed una virtus moralis in praedictis gradibus stat cum vitio opposito alteri virtuti⁴⁸. Igitur eodem modo in proposito.

[CONCLUSIO TERTIA]

Tertia conclusio est quod virtus moralis in tertio gradu non compatitur secum contrarium virtutis theologicae nisi propter defectum rationis. Probatur per omnia sicut quinta conclusio alterius articuli⁴⁹, ideo nunc transeo.

[CONCLUSIO QUARTA]

Quarta conclusio est quod virtus moralis in quarto gradu necessario coexigit virtutes theologicas, et hoc de potentia Dei ordinata. Hoc patet, quia non potest esse amor creaturae vel alicuius creati propter Deum nisi talis amet Deum super omnia, quia propter⁵⁰ quod unumquodque etc.; talis⁵¹ autem amor de potentia Dei ordinata non potest esse sine fide, spe et caritate infusis, nec sine eis aliquo modo acquisitis.

350 virtutis] moralis add. HT, om. BQY 351 et] vitia add. Z || opposita] virtutum add. BQYZ
353 virtuti] morali add. BQY 354 alteri virtuti] alterius (alicuius B) virtutis BEQY 364 esse
amor creaturae] aliquis ordinate diligere creaturam BLQY 364-365 vel ... creati om. BLQY
365 deum] generaliter add. BLQY

Duaci 1624, cc. 70-71. ⁴⁸ Supra, lin. 225-226. ⁴⁹ Supra, lin. 271-305.

⁵⁰ Cf. Aristot., *Anal. Poster.*, I, c. 2 (72a 29-30). ⁵¹ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 9 (OTh VI, 281, 2-282, 6; 312, 6-17).

[CONCLUSIO QUINTA]

Quinta conclusio est quod virtus in quinto gradu, quae est heroica perfecti christiani, coexigit necessario de potentia Dei ordinata virtutes theologicas, non autem virtus heroica philosophi. Probatur quantum ad primam partem sicut praecedens conclusio. Probatur etiam quantum ad secundam partem, quia ipse non imperaret talem actum propter honorem Dei nec diligeret Deum super omnia, igitur etc.

[CONCLUSIO SEXTA]

Sexta conclusio est quod virtutes theologicae non necessario coexigunt omnes alias virtutes morales; sunt tamen causae sufficientes mediantibus actibus suis, — ubi concurrunt tam virtutes theologicae acquisitae quam infusae, quia infusae⁵² sine acquisitis non inclinant ad aliquem actum —, cum recta ratione, si occurrat materia virtutis moralis, ad causandum actum virtuosum.

Haec conclusio probatur quantum ad primam partem, quia rectitudo circa finem potest esse sine rectitudine circa ea quae sunt ad finem; potest enim aliquis credere articulos fidei, sperare speranda et ordinate diligere Deum, etsi nullam creaturam velit vel diligat. Sed virtutes morales in tribus gradibus maxime inclinant ad actus rectos circa creaturam praecise. Igitur etc. Sed virtutes⁵³ theologicae stricte sumptae non infunduntur de potentia Dei ordinata alicui adulto habenti usum rationis sine virtute morali in quarto gradu, quia in eo requiritur bonus motus praecedens.

Secunda pars⁵⁴ patet, quia qui habet virtutes theologicas infu-

380 mediantibus] omnibus add. BQY 381 quia infusae om. DELS 382 aliquem om. DFPZ
389 creaturam] creaturas BHQSY 393-394 qui ... acquisitas] qualibet virtute theologica acquisita
et infusa BQSY

⁵² Cf. Ockham, ibidem (OTh VI, 281, 6-282, 6; 291, 19-292, 20); *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTh VII, p. 57, lin. 13-17). ⁵³ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 (OTh VII, p. 218, lin. 10 - p. 220, lin. 15; p. 221, lin. 13-18).

395 sas et adquisitas, occurrente materia virtutis et dictante ratione quod actus virtuosus sit eliciendus, statim illae virtutes cum recta ratione inclinant sufficienter ad talem actum virtuosum. Et hoc est quod dicit Gregorius⁵⁵, quod «probatio dilectionis exhibitio est operis».

Et ex hoc sequitur quod virtutes theologicae maxime infusae non possunt diu conservari sine illis virtutibus, quia ratione dic-
400 tante quod actus virtuosus sit eliciendus, occurrente materia et aliis inclinantibus modo praedicto et ipso non eliciente, statim⁵⁶ demeretur conservationem virtutum theologicarum.

[CONCLUSIO SEPTIMA]

Septima conclusio est quod virtutes theologicae nullum vitium
405 morale compatiuntur. Hoc patet, quia rectitudo circa finem ultimum repugnat omni deformitati circa ea quae sunt ad finem; quia si non, aut⁵⁷ illa deformitas procedit ex ignorantia vincibili, et tunc vincit si potest, aliter non est rectitudo circa finem; aut invincibili, et tunc non est culpabilis; aut procedit ex malitia aut
410 ex passione, et sive sic sive sic, destruitur rectitudo circa finem ultimum.

Patet etiam, quia qui recte diligit Deum, diligit Deum super omnia; qui autem habet aliquod vitium, diligit obiectum illius plus quam Deum; ista non stant simul.
415

394 dictante] recta add. BQSY 399 theologicae] et add. BQY 401 eliciendus] eligendus FP 402 et om. BQSY || eliciente] elicto BQY 406 morale] mortale HT, tale BQY 408 si non om. BQSY 409 est] ELPSTZ, esset cett. 411 et] HLY, om. cett. 413 quia] quod BQSY, om. E || qui] si LPZ || recte ... deum¹ om. BQSY || diligit¹ deum¹ om. DL 414 omnia] non habet vitium add. BQY || obiectum] causam BQY 415 ista] ita BQY

⁵⁴ Lin. 379-383; cf. Ockham, ibidem, q. 5 (OTH VII, p. 57, lin. 19 - p. 58, lin. 3; p. 51, lin. 18-22). Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 29 (ed. cit., VII, 848). ⁵⁵ Cf. Gregorius, *XL Homiliarum in Evang.*, II, Hom. 30 (PL 76, 1220 C). ⁵⁶ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 37, q. 1, n. 10 (ed. cit., VI, 985). ⁵⁷ Supra, lin. 314-321.

Patet tertio, quia qui recte diligit Deum, diligit⁵⁸ omne quod Deus vult diligi, et odit omne quod Deus vult odiri; sed si sit vitiosus, tunc non diligit omne quod Deus vult diligi, quia non virtutem, quam Deus vult diligi; similiter diligit aliquid quod
420 Deus non vult diligi, quia vitium; haec repugnant. Patet igitur maior⁵⁹.

Sed si sit deformitas circa ea quae sunt ad finem, illa procederet ex ignorantia vel malitia etc. Igitur non stant simul.

[CONCLUSIO OCTAVA]

425 Octava conclusio⁶⁰ est quod virtutes theologicae stricte sumptae compatiuntur secum vitia moralia habitualia, sed non actualia; sed theologicae adquisitae non compatiuntur habitualia nec actualia.

Prima pars probatur⁶¹ de adulto vitioso nunc baptizato, cui
430 infunduntur virtutes theologicae, et tamen vitia habitualia non corrumpuntur, quia ita primum sentit se adhuc post baptismum ad actus vitiosos sicut ante; igitur remanet habitus aequaliter nunc inclinans sicut prius.

Secunda pars patet, quia quilibet actus vitiosus moraliter cor-
435 rumpit illas virtutes demeritorie, quia non stant simul rectitudo circa finem et deformitas circa ea quae sunt ad finem, patet ex conclusione praecedenti⁶².

420 haec repugnant] DLPSZ, hoc (huic FH) repugnat cett. 422 finem] vel add. BQSY 426 moralia] mortalia H, om. T 429 nunc] noviter LT 434 moraliter] FLTZ, moralis BQSY, mortaliter DEHP

⁵⁸ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 9 (OTH VI, 284, 4-5; 298, 9-299, 2); Anselmus, *De lib. arbit.*, c. 8 (ed. cit., I, 220). ⁵⁹ Lin. 406-407.

⁶⁰ Cf. infra, art. 4, lin. 344-399. ⁶¹ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTH VII, p. 52, lin. 12-16; p. 59, lin. 17 - p. 60, lin. 4); Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 27 (ed. cit., VII, 828). ⁶² Lin. 405-423; cf. Ockham, supra, q. 6, art. 11, lin. 671-674; *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTH VII, p. 60, lin. 4-6).

Tertia pars patet, quia⁶³ universaliter ubi actus aliquorum habituum repugnant, illi habitus repugnant; sed actus vitiorum moralium et virtutum theologiarum adquisitionum repugnant, quia 440 actus caritatis adquisitionis est diligere Deum super omnia, actus autem vitiosus est plus diligere aliud quam Deum, vel diligere aliquid quod Deus non vult diligere, vel odire aliquid quod Deus vult diligere; igitur etc.

[CONCLUSIONES DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM CUM HABITIBUS 445
CONCLUSIO PRIMA]

Circa tertium articulum huius tertii articuli principalis sit haec prima conclusio⁶⁴, quod nulla virtus moralis necessario exigit habitum consimilem in parte sensitiva. Hoc patet, quia⁶⁵ quantumcumque actus eliciantur in appetitu sensitivo generativi habituum, 450 tamen potest esse tanta rebellio carnis ad spiritum quod causatio talis habitus potest omnino impediri. Exemplum de Paulo⁶⁶, qui habuit stimulum carnis qui non potuit ab eo naturaliter per actus naturales auferri, sicut satis patet, et tamen ipse fuit castus et temperatus. 455

Praeterea quando duo contraria generantur, augmentantur vel conservantur ex distinctis causis, quantumcumque una causa sit approximata, fortior poterit impedire eam. Igitur quantumcumque causa generativa habitus virtuosi denominative approxime- 460 tur in appetitu sensitivo, — quae aliquando potest esse voluntas

438 universaliter] naturaliter BQSY 442 diligere] se diligere vel BQY 444 igitur etc om. BHQSYZ 450 appetitu sensitivo] parte sensitiva BQSY 457 quantumcumque] quamquam BQSY 458 eam] ab effectu suo add. BLQY 459-464 causa ... habitum] volitio virtuosa ponatur vel etiam actus imperatus a voluntate causativus habitus in parte sensitiva BLQY

⁶³ Cf. Ockham, ibidem (OTh VII, p. 60, lin. 8-9); supra, q. 6, art. 11, lin. 685-702. ⁶⁴ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 373, 2-374, 18); supra, q. 6, art. 10, lin. 164-195. ⁶⁵ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 368, 1-13); q. 12 (OTh VI, 417, 14-419, 5). ⁶⁶ Cf. II Cor. 12, 7.

et volitio, quia non est mihi inconveniens quod voluntas causet et conservet aliquem habitum in parte sensitiva, sicut in quarto O c k h a m dictum est⁶⁷, aliquando actus imperati a voluntate generant talem habitum, sicut patet de actibus temperantiae et 465 aliis virtutibus quae requirunt actus in parte sensitiva —, tamen causa contraria impediens potest esse ita fortis, quod totam illam activitatem destruet et generationem habituum impedit. Et hoc⁶⁸ aliquando potest esse cibus bonus, aliquando bona complexio naturalis vel calor vel sanitas vel aliquid tale.

470 [CONCLUSIO SECUNDA]

Secunda conclusio est quod quicumque habitus partis sensitivae inclinans ad opera bona ex genere, sicut habitus partis sensitivae inclinans ad temperate comedendum, compatitur secum quodcumque vitium in voluntate, etiam contrarium virtuti voluntatis respectu illius obiecti. Quod autem compatiatur vitium disparatum 475 quod respicit aliud obiectum omnino, patet, quia nulla est repugnantia.

Quod autem compatiatur vitium oppositum virtutis quod respicit obiectum istius habitus, probatur, quia⁶⁹ talis actus in parte 480 sensitiva potest indifferenter fieri bona intentione et mala: propter bonum finem conformiter rectae rationi, vel deformiter. Et si primo fiat bona intentione, tunc stat cum virtute in voluntate

463 ockham] om. TZ, ex hoc S || dictum est] dicetur Z 464 et] in DFHT 465 quae] qui FQSY 467 activitatem] actionem ELQSY || destruet] destrueret BEQY, destruat Z || impedit] impediret BDQY 478 quod?] quae BQ 479 istius] illius BEQ 480 mala] scilicet add. BQY

⁶⁷ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 14 (OTh VII, p. 282, lin. 9 - p. 283, lin. 12); *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 411, 5-412, 3); supra, q. 6, art. 10, lin. 164-195. Fortasse tamen lector hic remittitur ad Articulum quartum huiusce quaestionis, infra, art. 4, lin. 410-426. ⁶⁸ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 395, 7-397, 7; 399, 7-17); q. 7 (OTh VI, 204, 1-14). ⁶⁹ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 (OTh VI, 359, 9-362, 24).

inclinante ad illum actum; si post fiat mala intentione, tunc corrumpitur virtus et generatur vitium, et semper stat idem habitus in parte sensitiva. Et ideo ille habitus et actus in appetitu sensitivo, qui est virtuosus et vitiosus denominatione extrinseca et non intrinsece, potest primo denominari virtuosus et post vitiosus, stante semper eodem actu uniformiter non variato in appetitu sensitivo, propter solam variationem actus voluntatis.

[CONCLUSIONES DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM CUM PRUDENTIA
CONCLUSIO PRIMA]

Quantum ad quartum articulum huius tertii articuli sit haec prima conclusio⁷⁰, quod nulla virtus moralis nec actus virtuosus potest esse sine omni prudentia, quia nullus actus est virtuosus nisi sit conformis rectae rationi, quia recta ratio ponitur in definitione virtutis, II *Ethicorum*⁷¹; igitur quilibet actus et habitus virtuosus necessario requirit aliquam prudentiam.

Et si quaeras utrum post generationem virtutis possit elici actus virtuosus sine actu prudentiae: respondetur quod non, quia nullus virtuose agit nisi scienter agat et ex libertate. Et ideo si aliquando talis actus voluntatis elicitur a tali habitu sine actu prudentiae, non dicetur virtuosus nec est, sed⁷² magis elicitur sicut actus appetitus sensitivi habituati, sicut in fatuis patet quod aliquid volunt, quod prius virtuose voluerunt, propter habitum derelictum in voluntate, qui inclinabat ad actus virtuosos quando fuit in bono statu, sed nunc non est actus virtuosus, quia

487 intrinsece] intrinseca BFQYZ 489 variationem] varietatem BQSY 504 quod] FLPZ, qui BHQTY, quia DES || aliquid] aliqui DELZ

⁷⁰ Cf. Ockham, ibidem, q. 12 (OTH VI, 421, 23-422, 21); infra, q. 8, lin. 16-31; 85-101; 124-128; Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 20 (ed. cit., VII, 813). ⁷¹ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 6 (1106b 36-1107a 2). ⁷² Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTH VI, 356, 12-357, 12; 360, 16-362, 24).

nec est laudabilis nec vituperabilis propter actus suos. Et tota ratio est, quia nescit quid facit, eo quod non habet prudentiam sive rectam rationem.

Si quaeras de actu prudentiae, in quo genere causae se habet ad actum virtuosum, ex quo necessario requiritur per te, et effectus sufficienter dependet ex causis suis essentialibus etc.⁷³: respondetur quod est causa efficiens necessario requisita ad actum virtuosum, sine qua impossibile est actum esse virtuosum, stante ordinatione divina quae nunc est, quia ad actum virtuosum necessario requiritur activitas actus prudentiae et activitas voluntatis, ita quod illae duae causae sunt causae partiales cum Deo respectu actus virtuosus.

[CONCLUSIO SECUNDA
PROBATIO PRIMA]

Secunda conclusio est quod prudentia primo modo⁷⁴ potest esse sine omni actu virtuoso et habitu. Hoc probatur primo sic: ille⁷⁵ actus qui necessario conformatur alteri et qui de necessitate

507 tota] EFHST, vera D, om. cett.

⁷³ Cf. Scotus, *Ordinatio*, I, d. 3, p. 3, q. 2, n. 414 (ed. Vat., III, 251); Ockham, *Quaest. in II Sent.*, qq. 12-13 (OTH V, 269, 9-10); infra, q. 8, lin. 189-203. ⁷⁴ Supra, art. 2, lin. 3-13. De hac conclusione, cf. supra, lin. 224-270; Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTH VI, 421, 9-22); Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 36, q. un., n. 14, n. 20 (ed. Wadding, VII, 806, 813); II, d. 43, q. 2, n. 2 (ed. cit., VI, 1072s.); Ioannes de Bassolis, *Sent.*, II, d. 25, q. 2 (ed. Paris. 1517, f. 133ss.). De controversia circa libertatem voluntatis respectu actus dictativi intellectus, cf. A. San Cristóbal-Sebastián, *Controversias acerca de la voluntad desde 1270 a 1300*, Matritii 1958; O. Lottin, *Op. cit.*, I (Lovanii 1942), 225-389, et praecipue 382-389; III (Lovanii 1949), 621-650; R. Hissette, *Enquête sur les 219 articles condamnés à Paris le 7 mars 1277* (Lovanii 1977), 230-263. ⁷⁵ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 25, q. un., n. 2 (ed. cit., VI, 873s.); III, d. 36, q. un., n. 12 (ed. cit., VII, 800); *Collatio III*, n. 1 (ed. cit., III, 353s.); Richardus de Mediavilla, *Super quattuor*

ponitur altero posito, non est primo virtuosus formaliter. Hoc patet, quia ille actus qui necessario conformatur alteri, non est primo laudabilis, nec propter illum laudamur nec vituperamur. Patet etiam per exemplum de actu appetitus sensitivi, qui necessario ponitur posita apprehensione sensitiva; ideo non est primo laudabilis. Sed si actus virtuosus necessario poneretur posita recta ratione, necessario conformaretur sibi, et sic ille actus non esset primo virtuosus sed actus intellectus, cuius oppositum est prius probatum⁷⁶.

[PROBATIO SECUNDA]

Secundo sic: actus qui de necessitate elicitur altero elicito, non est primo in potestate voluntatis, quia quando ad primum necessario sequitur secundum, tunc secundum non est in potestate voluntatis nisi quia primum est in potestate voluntatis. Sed si volitio necessario conformatur rationi, posita ratione necessario poneretur volitio. Igitur actus voluntatis non est in potestate voluntatis nisi quia actus intellectus est in potestate voluntatis. Consequens est falsum, quia⁷⁷ actus intellectus non est primo virtuosus nec est in potestate voluntatis, quia actus primo et essentialiter et intrinsece virtuosus non potest idem manens esse vitiosus; sed actus intellectus idem manens potest; igitur etc. Assumptum patet, quia aliquis primo intelligens aliquid cum bona intentione, potest eundem actum continuare cum mala intentione; iste actus intelligendi idem numero manens est primo virtuosus et post vitiosus; igitur non est primo virtuosus nec primo in potestate voluntatis.

537 est] *Hic desinit codex T.* || volitio] voluntas BQSY 543 esse] fieri BELQSY 546 intentione] ergo add. BQY

lib. Sent., II, d. 38, art. 2, qq. 2 et 4 (ed. Brixiae 1591, 467s., 471); Godefridus de Fontibus, *Quodlibet XV*, q. 4 (Les Philosophes Belges, XIV, 20s.).

⁷⁶ Supra, art. 1, lin. 132-156. ⁷⁷ Supra, art. 1, lin. 99-130.

Si dicatur quod propositio particularis non potest sciri cum mala intentione propter certitudinem et rectitudinem: contra, tanta est rectitudo in propositione universali sicut in particulari, et certitudo; igitur si una potest sciri mala intentione, et alia.

[PROBATIO TERTIA]

Tertio sic: secundum omnes theologos aliquod est peccatum ex malitia, aliquod ex ignorantia. Tunc quaero, aut⁷⁸ peccans ex malitia habet notitiam tam universalem quam particularem, aut tantum universalem. Si primo modo, habetur propositum, quod habens tam universalem quam particularem notitiam potest ex malitia facere contra utramque. Si secundo modo, ita peccans ex ignorantia habet notitiam universalem sicut⁷⁹ peccans ex malitia, quia peccans ex ignorantia scit tales maiores: omne iustum est faciendum, omne honestum, omne quod placet Deo etc.; sed ignorat minores, puta quod hoc est iustum, hoc est honestum, hoc est placitum Deo. Si igitur peccans ex malitia non plus sciret, tunc aequalem scientiam haberet peccans ex malitia et ex ignorantia, et ita aequaliter diceretur unus peccans ex malitia sicut alius, et⁸⁰ eodem modo ex ignorantia.

Si dicas: in⁸¹ scientia universalium sunt gradus: contra, aut intelligis quod sunt gradus respectu eiusdem propositionis, quia scientia in peccante ex malitia est intensior quam in

561 sicut ... malitia] Z, om. cett. 562 maiores] universales BQY 563 honestum ... deo] scitum quod placet deo est faciendum BQY || honestum omne om. HS || honestum] bonum est faciendum Z 564 hoc² ... honestum om. BHQSY 565 malitia] ignorantia FZ 567 dicitur] diceretur QSY 568-575 et ... praedictum om. L 568 et] igitur DFZ || ex ignorantia om. FZ 569 universalium] universali FHSZ

⁷⁸ Cf. Aegidius Romanus, *Quodlibet I*, q. 19 (ed. Lovanii 1646, 39b). ⁷⁹ Vide apparatus. ⁸⁰ Scil., et eodem modo dicitur unus peccans ex ignorantia sicut alius. ⁸¹ Cf. Scotus, *Quaest. in Metaph. Aristot.*, VI, q. 1, n. 3 (ed. cit., IV, 650).

peccante ex ignorantia, et hoc nihil ad propositum, quia sive intensior sive non, semper ignorans potest habere notitiam universalem; aut respectu diversarum propositionum universalium, et tunc adhuc stat argumentum praedictum, quia omnem notitiam quarumcumque propositionum universalium quam habet peccans ex malitia, potest habere peccans ex ignorantia; igitur solum differunt penes cognitionem particularium.

[PROBATIO QUARTA]

Quarto sic: secundum communiter opinantes contrarium⁸², natura angelica non potest transmutari. Tunc sic: angelus malus inducit homines ad peccatum et vult efficaciter eos peccare. Et tamen ipse habet notitiam universalem istius 'nullus est inducendus ad faciendum contra praeceptum Dei sui', quia haec videtur per se nota; et habet notitiam particularem istius, quod istud peccatum ad quod homo inducitur per angelum malum est contra praeceptum Dei sui, quia non videtur rationabile negare ab eo notitiam propositionum quarum notitiam communiter habent homines. Et tamen facit contrarium. Igitur etc.

Si dicas quod habet bene notitiam speculativam propositionum, sed non practicam: contra, illam aliquando habuit, et non potest transmutari per te, igitur etc. Praeterea si corrumpitur, quaero a quo. Non a passione, quia talis non est in angelo, igitur a malitia. Sed illa praesupponit notitiam practicam tam maioris quam minoris, sicut prius patet⁸³. Igitur etc.

580 contrarium] quod BQY 585 quod] quia DFP, om. LZ 587 rationabile] rationale DLS, om. BQY || negare] neganda BQY 587-588 notitiam] notitia BQY 588 propositum] universalium add. FZ

⁸² E.g., Aegidius Romanus, ibidem (ed. cit., 39ss.); Godefridus de Fontibus, *Quodlibet VIII*, q. 16 (ed. cit., IV, 165s.); Durandus a S. Porciano, *In Sent. Commentariorum libri iv* (ed. Venetiis 1571; reprod. Gregg Press, Ridge-wood, N.J. 1964), III, d. 36, q. 2, f. 279ra, n. 10. ⁸³ Supra, lin. 555-578.

[PROBATIO QUINTA]

Quinto, secundum Philosophum, I *Posteriorum*⁸⁴, impossibile est simul scire maiorem et minorem et tamen ignorare conclusionem, quia secundum eum necessario simul inducens cognovit. Sed aliquis incontinens scit quod nullum inhonestum est faciendum, et scit evidenter per experientiam quod hoc est inhonestum; igitur scit quod hoc non est faciendum, quia scit principia istius conclusionis; et tamen facit contrarium. Igitur etc.

Si dicas quod⁸⁵ incontinens habet duas maiores, scilicet quod nullum inhonestum est faciendum, et omne delectabile est faciendum; et sub secunda maiori solum accipit minorem, puta quod hoc est delectabile; et ideo ex istis tantum concludit quod hoc est faciendum: contra, impossibile est quod simul assentiat illis maioribus, quia isti assensus opponuntur. Similiter, dato quod sic, adhuc potest evidenter scire primam maiorem, minorem et conclusionem, et tamen potest facere oppositum; igitur potest facere oppositum illius quod est dictatum a recta ratione.

[PROBATIO SEXTA]

Sexto, ostendo⁸⁶ quod posito quod voluntas necessario conformetur rationi in eliciendo actum, quod voluntas non erit liberior appetitu sensitivo, quia quando sunt aliqua duo indifferentia ad contraria quae possunt causari a diversis, si utrumque illorum

599-600 cognovit] cognoscit FZ 603 conclusionis om. DFZ 604-609 scilicet ... opponuntur] etc L 606 et om. FPZ || solum accipit] subaccipit BQY 608 simul] sic BQSY 610 sic] BQSY, sequitur E, om. cett. || adhuc om. FHZ || potest] possit FLZ || primam om. BQSY 611-612 igitur ... oppositum] ELPS, om. cett.

⁸⁴ Cf. Aristot., *Anal. Poster.*, I, c. 1 (71a 19-21); Aegidius Romanus, ibidem (ed. cit., 39b). ⁸⁵ Cf. Thomas Aquinas, *Summa theol.*, I-II, q. 77, a. 2, ad 4; *Quaest. disp. De malo*, q. 3, a. 9, ad 7. ⁸⁶ Cf. Henricus Gand., *Quodlibet IX*, q. 5 (ed. cit., f. 361r G).

aequaliter et aequo necessario respicit ad causalitatem illorum, utrumque illorum est aequo liberum. Sed posita hypothesis, voluntas aequo indifferenter se habet ad velle et nolle et aequo necessario respicit [ad] causalitatem illorum sicut appetitus sensitivus ad appetere et fugere, quia iudicante sensu et apprehendente quod hoc est nocivum vel delectabile, appetitus sensitivus statim fugit vel appetit nec potest resistere; ita iudicante intellectu quod hoc est volendum vel nolendum, voluntas statim necessario vult vel non vult. Igitur est aequalis libertas utrobique.

Si dicat⁸⁷ quod voluntas potest impedire iudicium rationis per imperium, quia potest imperare intellectui quod consideret illud obiectum vel aliud, et ita est libera respectu illius imperii, quia in potestate sua:

Contra, aut intellectus dictat illud imperium esse eliciendum, aut non. Si sic, igitur voluntas necessario conformatur illi iudicio imperando, igitur hoc non est in potestate sua. Si non, igitur voluntas potest aliquid velle quod non est dictatum a ratione, cuius contrarium dicunt⁸⁸.

Praeterea non plus dependet voluntas in volendo ab intellectu quam appetitus sensitivus a sua cognitiva; sed appetitus sensitivus potest in actum suum facta sola ostensione obiecti sine omni iudicio vel dictamine; igitur multo magis voluntas.

Praeterea aut actus intellectus necessario elicitur, aut non. Si

618 aequaliter] est aequo liberum vel aequaliter liberum S 621 ad²] et BFPQY, om. Z 622-626 quia ... utrobique om. L 622 iudicante] mediante FZ, dictante P || et om. FZ 624 hoc om. BEQSY 625 necessario om. BQY 630 quia] est add. BEHQS 631-632 eliciendum] DHL, eligendum cett. 633 iudicio] iudicando D, volendo FHZ || imperando] imperatum FH, imperium Z 635 dicunt] tenet licet male BQY 636 praeterea] quia BLQY 637 sua] potentia FZ 638 facta] cum BQY || ostensione] apprehensione BQY 640-641 aut¹ ... sic² om. BLQY

⁸⁷ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 25, q. un., n. 7 (ed. cit., VI, 896); III, d. 36, q. un., n. 12 Ad finem (ed. cit., VII, 801); Richardus de Mediavilla, *Op. cit.*, II, d. 38, a. 2, q. 4 (ed. cit., 471s.). ⁸⁸ Cf. supra, nota 82.

sic, tunc sic: in essentialiter ordinatis quae sic se habent quod posito primo, necessario ponitur secundum, secundum non est in potestate voluntatis nisi primum sit in potestate voluntatis; sed dictante intellectu quod tale imperium sit eliciendum, necessario elicitur per te; igitur istud imperium non est in potestate voluntatis primo. Si non necessario elicitur actus intellectus sed libere, sequitur idem, quod⁸⁹ ille actus intellectus sit primo in potestate voluntatis.

Praeterea⁹⁰ illud imperium, per quod voluntas potest impedire iudicium rationis, est actus voluntatis elicitus, igitur est conformis rectae rationi; et non isti iudicio rationis cuius imperium est destructivum, certum est, quia si sic, non esset eius destructivum; igitur est conformis alteri iudicio rationis. Et de illo iudicio quaero sicut de primo: ex quo potest impediri per imperium, hoc non erit per imperium conforme sibi, quia illud conformiter elicitur rectae rationi, igitur per aliquod aliud imperium. Et illud est actus voluntatis et per consequens necessario conformatur alicui iudicio rationis; non autem illi cuius est destructivum, sicut patet; igitur alteri priori. Et de illo tertio, ex quo potest impediri, potest quaeri sicut de primo et secundo; et sic erit processus in infinitum in iudiciis et imperiis, vel stabitur ad aliquod imperium quod non elicitur conformiter rectae rationi, sed solum libere ex nuda ostensione. Et qua ratione statuitur in secundo vel in tertio imperio, eadem ratione in primo. Igitur etc.

Praeterea appetitus sensitivus potest impedire iudicium, sicut

641 sic²] HP, om. cett. 644 eliciendum] eligendum BPQY 645 elicitur] eligitur BEQY 651-652 destructivum] destructum DES 653 alteri] priori BQY 654 impediri] impedire BQY || imperium] intellectum BF || non] om. BFP, iterum H 656 aliquod] DFPZ, om. cett. || aliud om. DF 657 voluntatis om. DFPSZ 659 tertio] LSZ, iterum H, secundo cett. 661 et] vel BQY 662 rectae] FPZ, om. cett. 663 in¹] primo add. BQY 665 sicut] sic quod BQY, quando add. FHZ

⁸⁹ Cf. supra, lin. 539-542. ⁹⁰ Cf. Scotus, ibidem, III, d. 36, q. un., n. 13 Ratio 3 et 4 (ed. cit., VII, 801).

aliquae passiones possunt esse ita vehementes in appetitu sensitivo quod totaliter impediunt iudicium rationis; et tamen propter hoc non est liber; igitur nec eodem modo in proposito.

Confirmatur, quia⁹¹ ratio aliquando errat. Tunc quaero, aut hoc est in potestate voluntatis, aut non; si non, non peccat ex ignorantia, quia nullus obligatur ad impossibile; si sit in potestate voluntatis, aut immediate aut mediante actu voluntatis.

Si dicatur⁹² quod ipsa intentio est primo in potestate intellectus: contra, intellectus⁹³ nulli adhaeret nisi propter evidentiam rei vel propter auctoritatem vel propter imperium voluntatis; sed sive sic sive sic adhaereat, semper necessario adhaeret posito alio, puta evidentia rei vel imperio voluntatis, nec potest istis stantibus non adhaerere; igitur non est in potestate intellectus.

Praeterea, tunc primum peccatum esset in intellectu, non in voluntate, quia consistit in illo actu qui primo est in potestate nostra; et per consequens tunc posset peccatum non esse voluntarium, quod est contra Augustinum et alios Sanctos⁹⁴.

Confirmatur: non videtur impossibile Deum posse suspendere actionem causae secundae et facere actum priorem sine actu posteriori; igitur posset facere illum actum intellectus esse sine actu voluntatis, et sic peccatum esset in intellectu, nullo existente in voluntate.

666 ita om. DEFHP || in ... sensitivo om. BQY 667 impediunt] FP, impediunt Z, impedirent D, impediunt cet. 669-672 confirmatur ... voluntatis om. L 670 non] nec BQSY 673 intentio] intellectio DHZ 683 alios] contra omnes BQY 686 secundae] respectu effectus posterioris add. BLQY 688 nullo] non DSZ

⁹¹ Cf. Godefridus de Fontibus, *Quodlibet V*, q. 12 (ed. cit., III, 51).
⁹² Cf. Godefridus de Fontibus, *Quodlibet VIII*, q. 16 (ed. cit., IV, 160s.); *Quodlibet VI*, q. 10 (ed. cit., III, 207).
⁹³ Cf. Scotus, *Collatio III*, n. 1 (ed. cit., III, 353s.).
⁹⁴ Cf. August., *De vera relig.*, c. 14, n. 27 (PL 34, 133); Thomas Aquinas, *Summa theol.*, I-II, q. 74, a. 1 Resp.

[CONCLUSIO TERTIA]

690

Tertia conclusio est quod prudentia secundo modo dicta⁹⁵, pro notitia immediate directiva alicuius particularis evidenter illatae ex universali, potest esse sine virtute morali. Haec probatur per eadem rationes per quas prior⁹⁶ probatur, quia dictante intellectu de aliquo in particulari, potest voluntas in contrarium etc.

Si dicatur⁹⁷ quantum ad priorem conclusionem et istam similiter, quod voluntas non est libera quia potest facere contra iudicium rationis, sed quia potest libere imperare executionem operationum exteriorum; et respectu illius imperii dicitur libera, non autem respectu alicuius actus elicit conformiter vel deformiter cum ratione:

Contra, quando aliqua sic se habent quod posito primo, necessario ponitur secundum, impossibile est primum poni nisi ponatur secundum, et per consequens secundum non est in potestate voluntatis nisi quia primum est. Sed recta ratione dictante quod aliquid sit omnino operandum, et voluntate volente efficaciter illud operari, necessario operatur et exsequitur secundum potentias exteriores, si non impediatur; igitur necessario sequitur imperium executionis.

Maiores patet ex praedictis⁹⁸. Minor probatur per Gregorium⁹⁹: «probatio dilectionis exhibitio est operis». Similiter, Philosophus, IX *Metaphysicae*¹⁰⁰, potentia rationalis

698 imperare] impedire BQY 701 cum] om. BHLQY, rectae Z || ratione] rationi BHLQYZ 705 est] Z, sit F, om. cet. 706 volente] DFHS, imperante PZ, om. cet. 707 illud om. BHQY || operari] volendum BQY || secundum] per BQSY

⁹⁵ Supra, art. 2, lin. 14-19. ⁹⁶ Scil., Concl. 2, lin. 522ss. ⁹⁷ Cf. Godefridus de Fontibus, *Quodlibet XV*, q. 4 (ed. cit., XIV, 30).
⁹⁸ Supra, lin. 534-537; 641-643. ⁹⁹ Cf. Gregorius, XL *Homiliarum in Evang.*, II, Hom. 30 (PL 76, 1220 C).
¹⁰⁰ Cf. Aristot., *Metaph.*, IX, c. 5, t. 10 (1048a 8-15); Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 25, q. un., n. 2 (ed. cit., VI, 874); Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 16 (OTh VII, p. 358, lin. 3 - p. 359, lin. 17).

valet ad opposita, et dicit ibi quod cum sit oppositorum, oportet aliquid esse determinativum, scilicet appetitum et prohaeresim. Unde dicit sic: «Quod¹⁰¹ enim desiderabit principaliter, hoc faciet, quando ut possit exstiterit et appropinquaverit passivo. Quare potens secundum rationem necesse, quando desiderat cuius habet potentiam, et ut habet, hoc facere; habet autem praesente passivo...». Sequitur igitur conclusio.

Si quae r a s utrum imperare executionem actus exterioris sit alius actus ab illo quo vult efficaciter dictatum a recta ratione: r e s p o n d e o, si actus ille quo vult dictatum a ratione sit actus imperativus formaliter, qualis est actus virtutis heroicæ¹⁰², tunc est idem actus omnino quo vult dictatum et quo imperat executionem, quia ipso posito, statim exsequitur amoto impedimento, sicut prius patet¹⁰³, et hoc sine omni alio actu voluntatis. Si autem sit imperativus aequivalenter¹⁰⁴, puta aliquis vult dictatum a ratione si esset opportunitas et nisi esset impedimentum, si post imperet executionem actus exterioris habita opportunitate, ibi imperare est alius actus a primo, quia primus est imperativus solum aequivalenter, secundus formaliter; primus habet impedimentum pro objecto, secundus non; secundus habet tempus praesens pro objecto, primus non; et per consequens sunt diversi actus.

[CONCLUSIO QUARTA]

Quarta conclusio est quod aliqua prudentia tertio modo dicta¹⁰⁵ potest esse sine virtute morali, et aliqua non. Hoc patet,

722 a] recta add. BQSYZ 724 et] vel BQSY 725 exsequitur] sequitur executio BLQY
728 nisi] non ELY 729 actus] interioris et add. P

¹⁰¹ Ockham hic eam versionem adhibet, quae invenitur, e.g., apud Thomam Aquinatem, *In lib. Metaphysicorum Aristot. expositio*, IX, lect. 4, c. 5 (ed. Marietti 1950, 434, n. 765). ¹⁰² Supra, art. 2, lin. 76-109; 152-157. ¹⁰³ Supra, lin. 705-708. ¹⁰⁴ Supra, art. 2, lin. 76-109. ¹⁰⁵ Supra, art. 2, lin. 20-26.

quia aliqua talis propositio potest cognosci per experientiam acceptam respectu actus alterius hominis, aliqua non potest evidenter cognosci nisi per experientiam acceptam respectu proprii actus.

Exemplum primi: 'iste iracundus est mitigandus per pulchra verba, quia aliquando vidi eum sic mitigatum per alium vel per me'. Notitia evidens istius potest esse sine omni virtute morali, quia aliquis potest evidenter illam propositionem cognoscere, et tamen nolle eum simpliciter mitigare, sicut patet per experientiam. Et probatur haec pars per rationes prius factas pro secunda conclusione¹⁰⁶.

Exemplum secundi: 'aliquis enim eliciendo frequenter actum continentiae et temperantiae magis disponitur ad Dei cognitionem et dilectionem et ad studendum'; similiter hic: 'aliquis diligendo Deum maiorem habet delectationem quam in aliqua re temporali'; et similiter: 'diligens perfecte Deum et actum temperantiae propter Deum, facile contemnit actus intemperantiae', et huiusmodi, sunt propositiones quae non possunt evidenter esse verae nec evidenter ab aliquo sciri sine actu proprio elicitivo generativo virtutis. Nullus enim potest evidenter scire istas, quod actus temperantiae est frequenter eliciendus quia disponit hominem ad Dei dilectionem, vel quod Deus sit diligendus propter delectationem quae habetur in eo plus quam in aliqua alia re, nisi quia per experientiam in seipso aliquando cognovit quod ipsemet eliciendo frequenter actum temperantiae magis sic disponitur; similiter in diligendo Deum habuit ipsemet maiorem delectationem quam in aliqua alia re temporali, quia istae propositiones et similes non possunt evidenter sciri per propositiones per se notas, nec possunt evidenter sciri per expe-

741 iste] EHLS, om. cett. 745 eum om. BQY || simpliciter] similiter LS 748 enim om. DFH
751 delectationem] BHQY, om. E, dilectionem cett. || aliqua] alia BQYZ 756 istas] istud PZ, om. BLQY 757 est om. BHLQY || eliciendus] elicitus HL, diligendus FZ || quia om. BHLQY 758 delectationem] BHLQY, dilectionem cett. 760 cognovit] cognoverit H, cognoscit ELPZ || actum] actus BQSY 762 delectationem] dilectionem DEPZ 764 per se] evidenter P

¹⁰⁶ Supra, lin. 522ss.

rientiam acceptam respectu actus alterius hominis, quia de actibus talibus alterius hominis non possum habere experientiam pro statu isto. 765

Ad hoc igitur quod habeam notitiam evidentem talium naturaliter, necesse est quod virtus moralis insit habenti talem prudentiam, virtus inquam generata ex illis actibus de quibus accipitur notitia evidens et certa, vel saltem quod prius infuit virtus aliquo tempore, licet forte modo non inest. Quod dico, quia possibile est quod maneat habitus in intellectu inclinans evidenter ad assentiendum illis propositionibus prius acceptis per experientiam, et quod omnis habitus voluntatis corrumpitur; et tunc talis actus prudentiae non requirit necessario actum virtuosum. 770 775

Ideo intelligendum est illud dictum¹⁰⁷ quantum ad generationem primam actus virtuosus et prudentiae, quia primus actus talis prudentiae non potest causari sine actu virtuoso, quia respectu illius actus prudentiae actus virtuosus est causa partialis, et post generationem habituum hinc inde, potest unum esse sine alio. 780

Si quaeras utrum actus prudentiae qui necessario requirit vel praesupponit actum virtuosum, sit directivus respectu illius actus quem praesupponit: respondeo quod non, quia dirigere¹⁰⁸ non est nisi causare actum; sed actus virtuosus causat illum actum prudentiae; igitur non causatur ab eo, aliter idem esset antequam esset. 785 790

[CONCLUSIO QUINTA]

Quinta conclusio est quod prudentia quarto modo dicta¹⁰⁹, qua aliquis dicitur prudens quantum ad totum vivere, secundum 790

773 evidenter ad *trp.* BHLQY 781 unum] unus BQY 783 directivus] FPZ, directiva *cett.* 786 eo] ea BQY

¹⁰⁷ Supra, lin. 753–755; cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 11 (OTh I, 320, 14–21). ¹⁰⁸ Cf. Ockham, *infra*, q. 8, lin. 209–210. ¹⁰⁹ Supra, art. 2, lin. 27–33.

quod includit notitias directivas omnium virtutum quae requiruntur ad perfecte vivere hominis, potest esse sine aliquibus virtutibus, et sine aliquibus non potest esse. Hoc patet, quia prudentia sic accepta includit prudentiam tribus primis modis acceptam, et aliqua istarum prudentiarum potest esse sine virtute morali, sicut patet de duobus primis modis, et de tertio modo quantum ad aliquam prudentiam; et alia non, sicut patet de tertio modo quantum ad aliquam prudentiam¹¹⁰. 795

[CONCLUSIO SEXTA]

Sexta conclusio est quod quaelibet virtus moralis potest esse sine prudentia primo modo et secundo modo dicta, quia ad hoc quod actus virtuosus eliciatur, non requiritur quod notitia immediate directiva causetur per propositiones per se notas, quo modo causatur prudentia secundo modo dicta, quia illa eadem notitia potest causari per propositiones per se notas vel per experientiam, et sufficit quod altero illorum modorum causetur. Exemplum: ad hoc quod virtuose beneficiam isti, non requiritur quod haec propositio 'isti est benefaciendum' sequatur ex ista 'omni amico est benefaciendum' etc., sed sufficit quod huic evidenter assentiam quia vidi vel aliter expertus sum quod ipse mihi benefecit. Sed ad hoc quod actus virtuosus eliciatur, necessario requiritur prudentia secundo modo vel tertio modo dicta. 800 805 810

Et eodem modo, ad virtutem moralem non requiritur prudentia primo modo dicta, quia ut patet, notitia particularis cuiuscunque immediate directiva potest haberi per experientiam, ad quam non requiritur notitia alicuius universalis. Si tamen notitia evidens 815

793–794 quia ... movenda] ex praedictis tribus conclusionibus L 797–798 et ... prudentiam *om.* DEPZ 797 alia] aliquam BQY || sicut] sic QSY 797–798 de ... prudentiam] quantum ad prudentiam tertio modo BQY 806 illorum] FHS, istorum Z, *om. cett.*

¹¹⁰ Supra, Concl. 2–4, lin. 521ss.

alicuius particularis non posset haberi per experientiam, tunc virtus illa, cuius notitia particularis esset directiva, requireret necessario prudentiam primo modo et secundo, sed non tertio.

[ART. IV: DUBIA CIRCA QUAESTIONEM
DUBIUM PRIMUM]

Circa quartum articulum sunt aliqua dubia movenda. Primum est utrum¹ aliquis actus voluntatis sit indifferens, sic quod primo sit indifferens ad bonum et malum, et post idem numero fiat bo- 5 nus vel malus. Videtur quod sic, quia omnis actus elicited confor- miter rectae rationi est simpliciter virtuosus; sed potest aliquis primo elicere actum indifferentem sine ratione recta, et post con- tinuare eundem cum ratione recta; igitur etc.

Et² eodem modo potest probari quod actus primo et intrinsece 10 bonus potest fieri intrinsece malus, quia si primo elicited confor- miter rectae rationi, et post continuetur contra rectam rationem, erit primo intrinsece bonus et postea erit intrinsece malus, igitur etc. Eodem modo, si eliciatur primo contra rectam rationem, et post continuetur secundum rectam rationem, erit primo intrinsece 15 malus, et post intrinsece bonus, igitur etc.

818 necessario om. DF

10-16 et¹ ... etc om. L 13 primo om. DEPS || bonus ... intrinsece] BQYZ, om. celt.
13-16 igitur ... malus om. FZ 13-14 igitur etc om. BQY 14-15 et ... rationem om. BES

¹ Cf. supra, art. 1, lin. 99-143; art. 2, lin. 200-210; Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 423, 4-6); q. 11 (OTh VI, 383, 16-18; 385, 10-14). ² Cf. Ockham, ibidem, q. 11 (OTh VI, 371, 17-372, 19).

[DUBIUM SECUNDUM]

Secundum dubium est, quia non videtur quod³ recta ratio, finis, locus et tempus etc. sint obiecta secundaria et partialia actus virtuosus; p r i m o, quia istae sunt circumstantiae talis actus, igitur non sunt obiecta illius actus, quia idem non potest esse obiectum et circumstantia; s e c u n d o, quia tunc idem actus esset actus volendi et nolendi, quia aliquis potest nolle peccatum, odire et detestari propter Deum tamquam propter finem; sed iste 25 actus, ut terminatur ad Deum, non potest esse actus nolendi et odiendi, quia est actus virtuosus et nullus virtuose odit Deum, igitur est actus volendi ut sic terminatur; sed ut terminatur ad peccatum, est actus nolendi, igitur etc.

[DUBIUM TERTIUM]

Tertium est, quia videtur quod⁴ actus exterior habeat propriam bonitatem et malitiam; p r i m o, quia aliter non magis quis vituperaretur propter malum actum exteriorem quam propter in- teriorem tantum; s e c u n d o, quia distincta praecepta cadunt super exteriorem et interiorem, igitur sunt distincta peccata.

[DUBIUM QUARTUM]

Quartum dubium est, quia P h i l o s o p h u s⁵ ponit virtutes in parte sensitiva, scilicet in irrationali, igitur videtur quod⁶ non solum sunt in voluntate.

24-28 tamquam ... etc om. L 31-34 primo ... peccata om. L 37 virtutes] virtutem PZ
|| irrationali] irrationabili FHPZ

³ Cf. supra, art. 2, lin. 183-185; Ockham, *Quodlibet III*, q. 16, Dub. 1 (OTh IX, 265s.). ⁴ Cf. supra, art. 1, lin. 132-156; Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 370, 11-18). ⁵ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, III, c. 13 (1117b 23-24); Ockham, ibidem, q. 11 (OTh VI, 353, 14-19; 369, 16-18). ⁶ Cf. supra, art. 1, lin. 158-160; art. 2, lin. 231-259.

[DUBIUM QUINTUM]

Quintum dubium est de distinctione de virtute morali, quia 40
non videtur quod⁷ virtus moralis sic potest esse circa obiectum
supernaturale, cum, — quia distincti habitus inclinant ad distincta
objecta —, cum igitur obiectum naturale et supernaturale sint
distincta, erunt distincti habitus sic inclinantes; igitur si unus erit
moralis, puta ille qui inclinat ad actus circa obiectum naturale, 45
alius erit supernaturalis.

[DUBIUM SEXTUM]

Sextum dubium est, quia videtur quod illa probatio⁸ sit insuf-
ficiens qua probatur distinctio specifica inter habitus: quia error
circa conclusionem potest stare cum notitia principii et non cum 50
scientia conclusionis, igitur istae notitiae distinguuntur specie.
Similiter: una⁹ virtus potest stare cum vitio respectu alterius vir-
tutis et non cum vitio sibi opposito, igitur distinguuntur specie.
Quia instantia est: potest¹⁰ enim dilectio unius hominis stare cum
odio alterius et non cum odio respectu eiusdem; et tamen nullus 55
dicit quod istae dilectiones distinguuntur specie.

[DUBIUM SEPTIMUM]

Septimum dubium est, quia videtur quod illa distinctio¹¹ de
virtute morali sit insufficiens, quia P h i l o s o p h u s, VII

41 sic om. BLQYZ 42-46 cum ... supernaturalis] cuius oppositum dictum est supra L
42 cum] E, om. FH, tum cett. || quia om. E 45 moralis] naturalis BQSY 46 alius] qui inclinat
ad actus circa obiectum supernaturale add. Z || supernaturalis] et per consequens nulla virtus moralis
naturalis habebit obiectum supernaturale add. Z 48-70 sextum ... etc om. F 48 probatio]
propositio DESZ 51 istae] duae add. PZ

⁷ Cf. supra, art. 2, lin. 137-151. ⁸ Supra, art. 1, lin. 41-47; art. 2, lin.
56-60. ⁹ Supra, art. 3, lin. 225-229; art. 2, lin. 181-189. ¹⁰ Cf. Ockham,
Scriptum in I Sent., Prol., q. 8 (OTH I, 216, 8, additio codicis D). ¹¹ Supra,

60 *Ethicorum*¹², distinguit in virtute: continentiam, perseverantiam
et temperantiam, quae sub nullo istorum membrorum continen-
tur, igitur etc.

[DUBIUM OCTAVUM]

Octavum dubium est, quia videtur quod virtus heroica¹³ non
65 distinguitur a fortitudine, nec sit ponere virtutem heroicam in
aliquo genere virtutis nisi tantum in fortitudine, quia talis habitus
generatur ex actibus imperativis executionum quae sunt contra
communem cursum naturae, puta sustinere mortem, vulnera, car-
cerem etc.; sed circa tales actus generatur fortitudo solum; igitur
70 etc.

[SOLUTIO DUBII PRIMI. OPINIO SCOTI]

Ad primum istorum respondet I o a n n e s in primo, in
materia de caritate, et in secundo, ubi quaerit utrum aliquis actus
voluntatis sit indifferens, et in *Quolibet*, ubi quaerit utrum actus
75 dilectionis naturalis et meritoriae sint eiusdem speciei, quod¹⁴ tam
habitus quam actus voluntatis potest esse indifferens, sic quod
idem habitus abstinentiae generatus solum in esse naturae, cuius
actus solum est actus naturalis, potest postea per coexistentiam
actus prudentiae esse intrinsece bonus.

80 S e c u n d o, dicit in *Quolibet*¹⁵, quod idem actus non solum

60 in virtute] EHLS, inter virtutem BQY, virtutem in PZ, om. D 76 sic] sicut PZ 77 habi-
tus] actus BHQSY || cuius] cuiusmodi EHZ

art. 2, lin. 111ss. ¹² Cf. Aristot., ibidem, VII, c. 1 (1145a 16-20, 35-36),
et Averroes, ad loc. (ed. Iuntina 1574, III, f. 94C). ¹³ Supra, art. 2, lin.
152-167; art. 3, lin. 197-206. ¹⁴ Cf. Scotus, *Ordinatio*, I, d. 17, p. 1, qq.
1-2, nn. 62-65, nn. 92-97 (ed. Vat., V, 163-168; 184-188); *Opus Oxon.*, II,
d. 41, q. un., n. 4 (ed. Wadding, VI, 1035); *Quodlibet*, q. 18, n. 16 (ed. cit.,
XII, 486). ¹⁵ Cf. Scotus, *Quodlibet*, q. 17, nn. 6-7, n. 13 (ed. cit., XII,
464s.; 472); q. 18, n. 8, n. 6 (ed. cit., XII, 480; 479).

specie sed numero potest primo esse indifferens, sic quod erit solum naturalis actus nec laudabilis nec vituperabilis, et postea idem manens omnino potest esse virtuosus et moraliter bonus, et tertio idem manens potest esse actus meritorius; quia secundum eum bonitas moralis vel meritoria non addit super substantiam actus nisi quosdam respectus ad circumstantias actus, vel tantum unum respectum ad rationem rectam plene dictantem de circumstantiis; et ille respectus secundum eum oritur ex natura rei.

Tertio, dicit in secundo, ubi tractat de peccato originali¹⁶, quod peccatum sive deformitas in actu peccati non est nisi carentia rectitudinis, non quidem quae inest actui nec quae aliquando infuit, quia actus idem est et per consequens non alteratur ab opposito in oppositum, sed solum est carentia rectitudinis quae debuit inesse actui tali, quam rectitudinem tenebatur voluntas sibi dare.

[CONTRA OPINIONEM SCOTI]

Contra primum¹⁷, impossibile est quod de actu non virtuosus fiat virtuosus per aliquem actum pure naturalem qui nullo modo est in potestate voluntatis, quia¹⁸ propter talem nullus laudatur nec vituperatur, ex quo solum est actus naturalis; sed actus prudentiae secundum eum¹⁹ et secundum veritatem est solum actus naturalis et nullo modo in potestate nostra plus quam actus videndi; igitur impossibile est quod actus voluntatis indifferens et non virtuosus fiat virtuosus per solam coexistentiam prudentiae.

81 primo om. BQYZ || erit] primo add. QYZ

¹⁶ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 37, q. 1, n. 6 (ed. cit., VI, 981); *Quodlibet*, q. 18, n. 16 (ed. cit., XII, 486). ¹⁷ Supra, lin. 75-79. ¹⁸ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 4 (1105b 28-1106a 4); Ockham, *Quodlibet II*, q. 16 (OTh IX, 182, 18-20). ¹⁹ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 40, q. un., n. 4, ad 2 (ed. cit., VI, 1029).

105 Praeterea numquam de actu non virtuosus intrinsece potest fieri virtuosus nisi per actum intrinsece virtuosum, et non solum extrinsece et contingenter, quia aliter esset processus in infinitum, sicut patet supra²⁰; sed sicut supra dictum est²¹, solus actus voluntatis est intrinsece virtuosus vel vitiosus, et nullus alius nisi extrinseca denominatione, quia quilibet alius, — tam actus intellectus quam exterior —, potest idem manens fieri successive bona intentione et mala, et per consequens est contingenter bonus vel malus, et non necessario et intrinsece; igitur impossibile est quod aliquis actus voluntatis non bonus fiat bonus per solum actum prudentiae.

Praeterea secundum istam viam videtur quod actus virtuosus non est unus et simplex actus, sed quod includit formaliter duos actus, puta actum illum indifferentem et actum prudentiae, quia numquam de actu non bono intrinsece nec formaliter potest fieri bonum formaliter et intrinsece nisi per aliquid formaliter et intrinsece bonum; et sic actus virtuosus includit formaliter duos actus, quod videtur absurdum.

Si dicitur quod solum includit respectum conformitatis ad prudentiam ultra substantiam actus: hoc videtur magis absurdum, quod aliquis actus fiat formaliter virtuosus per unum respectum qui naturaliter oritur posito extremo, quod etiam naturaliter ponitur secundum eum²², quia prudentia naturaliter causatur, et ipsa posita naturaliter oritur ille respectus, igitur etc.

105 non ... intrinsece] int. non virt. Z || non virtuosus] vitioso DE || intrinsece ... fieri] fit intrinsece BQY 106 nisi ... virtuosus om. BQY || et non] sed BQY 108 solus] HPZ, solum cett. 110-111 intellectus] DPS, interior HQYZ 112 et] vel BQSY, ut D 118-122 quia ... absurdum] per quem indifferens illud fit bonus sed hoc non est inconueniens igitur L 120 bonum] DEPS, bonus cett. 121 formaliter] illos add. BEQSY 123-128 si ... etc om. L 126 quod] qui HPZ, quia F 127 quia] quod DF

²⁰ Supra, art. 1, lin. 100-112. ²¹ Supra, art. 1, lin. 145-156. ²² Cf. Scotus, *Ordinatio*, I, d. 17, p. 1, qq. 1-2, nn. 63-64 (ed. Vat., V, 164-166); *Opus Oxon.*, II, d. 40, q. un., n. 4, ad 2 (ed. Wadding, VI, 1029).

Contra secundum²³, quia impossibile est fieri transitum
de contradictorio in contradictorium ceteris paribus sine omni
adquisitione et destructione positivi²⁴; sed quando de actu non
bono moraliter vel meritorie fit actus bonus moraliter vel merito-
rius, est talis transitus; igitur etc. Sed nihil destruitur per te et
secundum veritatem, igitur aliquid de novo acquiritur, aut abso-
lutum aut respectivum. Si primum, aut habitus aut species aut ac-
tus. Non primum et secundum, quia illa possunt aequaliter mane-
re cum actu non virtuoso et vitioso sicut cum virtuoso, sicut
patet consideranti. Igitur producitur novus actus; non solum in
intellectu, quia sicut prius patet²⁵, per solum actum intellectus
non potest de actu non bono intrinsece fieri bonus intrinsece;
igitur necessario erit alius actus voluntatis, — qui nunc est intrin-
sece bonus moraliter vel meritorie —, ab actu non bono sive in-
differenti.

Si producat novus respectus²⁶, contra, secundum eum in
primo in materia de caritate, ille respectus est intrinsecus adve-
niens, sed secundum eum in prima quaestione tertii²⁷, numquam
causatur talis respectus sine productione alicuius absoluti de novo;
igitur necesse est ponere quod hic producat aliquid de novo
absolutum quod est formaliter et intrinsece bonum. Tale nihil
potest esse ex natura sua nisi solus actus voluntatis, licet alius

131 et] vel BEHLQY 132 vel] et HZ || meritorie] meritorius S, intrinsece DZ
132-133 meritorius] meritorie BHQY, intrinsece Z 133 igitur om. BHQY 134-138 aut
... solum] non solum actus aliquis L 141 alius] aliquis BHQY 142-150 moraliter ...
voluntatis om. L 142 meritorie] distinctus add. BQY, qui est alius add. H 150 alius]
aliquis BQY

²³ Supra, lin. 80-88. ²⁴ Cf. Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 17, q. 6
(OTH III, 506, 10-12); *Quaest. in II Sent.*, q. 1 (OTH V, 14, 22-15, 1); *Quaest.*
in IV Sent., q. 15 (OTH VII, p. 323, lin. 11-14). ²⁵ Supra, lin. 105-115;
art. 1, lin. 100-115. ²⁶ Supra, lin. 135. ²⁷ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, III,
d. 1, q. 1. nn. 14-15 (ed. cit., VII, 23); *Ordinatio*, I, d. 17, p. 1, qq. 1-2,
nn. 63-64 (ed. Vat., V, 164-166).

actus posset dici intrinsece bonus ex causa extrinseca acceptante,
quo modo Deus nunc solum acceptat actum voluntatis, quia si
acceptaret actum intellectus sicut voluntatis, tunc ita posset actus
intellectus dici bonus intrinsece sicut voluntatis.

155 Contra tertium²⁸, quaero quid intelligit per rectitu-
dinem debitam inesse. Aut intelligit quod peccatum et deformitas
in actu est carentia rectitudinis debitae inesse voluntati peccanti,
et tunc verum dicit, quia voluntas elicit actum quem non debuit
elicere quia contra voluntatem et praeceptum divinum, et similiter
160 non elicit actum rectum quem debuit elicere secundum praecep-
tum divinum, et ita peccat peccato commissionis et omissionis;
sed isti actus sunt distincti non solum numero sed specie propter
distinctionem obiectorum.

Aut intelligit quod deformitas in actu peccati est carentia recti-
tudinis debitae inesse actui illius peccati vel quae potest sibi inesse
in posterum. Sed²⁹ hoc est impossibile, quia quaero quid est illa
rectitudo sic nata inesse actui: aut aliquid absolutum, aut respec-
tivum. Si primum, aut habitus aut species aut actus. Non species
nec habitus, quia illi possunt stare cum actu peccati, igitur non
170 sunt rectitudo illius actus. Si actus, non potest esse actus intellec-
tus, patet, tum quia talis actus non est natus inesse actui volun-
tatis, tum quia actus voluntatis non est natus esse rectus per actum
intellectus, igitur erit actus rectus voluntatis. Sed ille non est natus
inesse actui vitioso, quia illi actus sunt contrarii respectu eiusdem
175 obiecti, et per consequens non compatiuntur se, sed potius unus
est destructivus alterius et non natus sibi inesse sicut eius perfectio.
Si autem illa rectitudo sit respectus, erit respectus intrinsecus ad-
veniens ex natura extremorum, et per consequens non est natus

151 intrinsece] extrinsece BL || extrinseca] intrinseca EP 158 et] pro BDFP || quia]
quod ELPQS 164 peccati om. BHQY 169 illi] DFZ, ibi P, illa cet.

²⁸ Supra, lin. 89-94. ²⁹ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 11 (OTH
VII, p. 195, lin. 2 - p. 197, lin. 2).

inesse alicui cui non inest nisi propter novum fundamentum absolutum. Hoc autem non potest esse nisi actus voluntatis rectus, sicut patet supra³⁰, qui non est natus inesse actui peccati. Igitur etc.

[SOLUTIO PROPRIA AUCTORIS]

Ideo dico quantum ad istud dubium, quod actus potest dici virtuosus vel intrinsece vel extrinsece. Primo modo, impossibile est quod actus indifferens fiat bonus moraliter per coexistentiam actus prudentiae, quia impossibile est quod aliquis actus non virtuosus, per mere naturale fiat virtuosus. Secundo modo, bene potest, sed hoc non erit solum per coexistentiam prudentiae, sed cum hoc per novam volitionem.

Exemplum: aliquis vult studere circumscribendo omnem circumstantiam. Iste actus est bonus ex genere. Et post intellectus dictat quod iste actus volendi sit continuandus secundum omnes circumstantias requisitas, et voluntas vult primum actum continuare secundum dictamen rectae rationis. Iste secundus est perfecte virtuosus, quia conformis rectae rationi complete dictanti, et est intrinsece virtuosus; et primus est solum virtuosus denominatione extrinseca, quia scilicet conformatur secundo actui. Et est secundus actus distinctus a primo; patet per separabilitatem eorum et per distinctionem obiectorum, quia secundus habet rectam rationem pro obiecto, primus non. Unde si solum esset primus actus, — et ideo iste primus actus non est aliter bonus quam actus exterior potentiae apprehensivae vel executivae, sicut patet in *Reportatione* Ockham³¹ —, cum actu prudentiae, non

179 propter] ponatur BQY || novum fundamentum] suum PZ 199 separabilitatem] separationem EFHS 202 actus] non esset deliberatus add. FZ 202–204 et ... ockham om. BELQSY 204 ockham] orbis D, om. Z || cum] tamen Z || actu] actus PZ || non] EHPLZ, nec cett.

³⁰ Supra, lin. 144–150. ³¹ Cf. Ockham, *Quaest in III Sent.*, q. 11 (OTH VI, 375, 2–13; 389, 9–16).

diceretur virtuosus intrinsece nec extrinsece. Quod non intrinsece, patet ex praedictis³²; quod non extrinsece, patet, quia numquam actus est extrinsece bonus nisi quia conformatur alicui actui intrinsece bono, cuiusmodi non est actus prudentiae sed solum actus voluntatis, ut patet ex praedictis³³.

Et quando arguitur³⁴ de actu primo intrinsece bono et post malo, dico quod casus iste impossibilis est, quia istae rationes sunt contrariae, quia prima dictat quod talis actus sit eliciendus et continuandus, secunda dictat quod ille actus non est continuandus, et impossibile est quod istae rationes stent simul in intellectu propter formalem repugnantiam. Et sicut istae rationes repugnant, ita volitiones conformiter elicitaе istis rationibus: velle enim studere secundum rectam rationem et velle studere circa idem obiectum contra rationem sunt volitiones oppositae propter rationes oppositas, quae sunt obiecta istarum volitionum. Et similiter primus actus volendi virtuosus non posset naturaliter elici nec continuari sine recta ratione, quae est causa partialis eius tam in eliciendo quam in conservando, et ideo destructa illa recta ratione, destruitur ille actus volendi; destruitur autem illa ratio quando actus oppositus elicitur; igitur etc. Et ideo actus primo intrinsece bonus non potest fieri post intrinsece malus nec indifferens nec extrinsece malus nec e contra.

Quantum ad secundum³⁵ quod dicit I o a n n e s, dico quod impossibile est quod actus quicumque sit primo indifferens et naturalis solum, et postea intrinsece bonus moraliter vel merito-

209 praedictis] unde impossibile est quod actus intrinsece bonus fiat post malus vel indifferens vel e converso ideo opinio supponit falsum existimans contrarium add. BLQY 210–226 et¹ ... contra om. BL 221 partialis] formalis DFZ 227–232 quantum ... patuit om. L 229 intrinsece om. BQY 229–230 meritorie] meritorius sine novo actu voluntatis intrinsece et formaliter bono vel meritorio BQY

³² Supra, lin. 96–115; art. 1, lin. 99–130. ³³ Supra, lin. 96–115; art. 1, lin. 132–136. ³⁴ Supra, lin. 10–14. ³⁵ Supra, lin. 80–88.

rie, et hoc propter transitum de contradictorio in contradictorium, 230
qui non potest salvari sine novo actu voluntatis, sicut prius patuit³⁶.

Quantum ad tertium³⁷ quod dicit, dico quod deformitas in actu vel peccatum in actu non est carentia rectitudinis debitae inesse actui qui dicitur peccatum, propter rationem prius dictam³⁸, 235
sed est carentia rectitudinis debitae inesse voluntati; quod nihil aliud est dicere nisi quod voluntas tenetur et obligatur aliquem alium actum elicere secundum praeceptum divinum quem non elicit, et sic peccat peccato omissionis³⁹; et ita rectitudo nihil absolutum vel respectivum est aliud quam ipse actus qui debuit elici 240
secundum rectam rationem et voluntatem Dei.

Et ex hoc patet quod imaginatio I o a n n i s et aliorum est falsa, — quod rectitudo sit respectus conformitatis ad circumstantias sive ad rectam rationem —, propter rationes prius dictas⁴⁰.
Et hoc videtur sequi ex dictis suis, nam dicit⁴¹ quod deformitas 245
non est carentia rectitudinis quae aliquando infuit actui et modo non inest, quia actus ille, cum sit idem simpliciter, non potest alterari ab opposito in oppositum. Tunc arguo sic: si deformitas non potest esse carentia rectitudinis quae infuit et modo non inest, propter illum transitum de contradictorio in contradictorium, igitur eodem modo non potest esse carentia rectitudinis quae modo 250
inest et prius non infuit, propter eandem causam; et per consequens impossibile est etiam secundum eum quod actus voluntatis sit primo indifferens sive virtuosus moraliter vel meritorie, et post idem actus fiat intrinsece virtuosus. 255

237 tenetur et om. DEFZ 238 alium] DEFS, om. cett. 239 ita] ista FHLS 239–240 nihil ... respectivum om. BQY 239 nihil] HLP, vel cett. 240 respectivum] non add. FS, nihil add. Z 247 simpliciter] FHPZ, simplex add. Z, simplex cett. 248–255 tunc ... virtuosus om. L 248 sic om. DEFP 252 infuit] fuit BEQSY 254 sive] non add. BQY || vel meritorie om. BDQY

³⁶ Supra, lin. 129–150. ³⁷ Supra, lin. 89–94. ³⁸ Supra, lin. 164–182.
³⁹ Cf. supra, lin. 156–161. ⁴⁰ Supra, lin. 177–182. ⁴¹ Supra, lin. 90–93.

Unde⁴² omnes istae imaginationes, quae dicunt quod rectitudo in actu addit aliquid super actum absolutum vel respectivum, falsae sunt, quia nihil aliud est quam ipsemet actus. Et ideo carere rectitudine in actu est carere tali actu. Et similiter voluntas elicit 260
aliquem actum quem tenetur non elicere quia elicit contra rectam rationem et praeceptum Dei, et sic peccat peccato commissionis; et si voluntas teneatur ad actum oppositum, tunc deformitas in isto actu est carentia rectitudinis debitae inesse voluntati, quia est carentia alterius actus oppositi quem voluntas tenetur elicere; 265
et si voluntas non teneatur ad oppositum actum, — si⁴³ hoc esset possibile alicubi invenire —, tunc deformitas non esset carentia alicuius rectitudinis debitae inesse nec illi actui nec voluntati perpositum, sed esset ipsemet actus elicitus contra Dei praeceptum et nullius esset carentia.

270 [COROLLARIA: MATERIALE ET FORMALE IN PECCATO]

Ex hoc etiam patet quod non bene dicitur⁴⁴ quod actus positivus est materiale in peccato, et carentia iustitiae debitae inesse est formale; quia aut est peccatum commissionis, aut omissionis in voluntate, aut utrumque simul. Si primum solum, puta si voluntas 275
eliciat aliquem actum contra rectam rationem et praeceptum divinum, et non teneatur elicere oppositum actum, tunc solum est ibi in voluntate actus peccati sine omni carentia rectitudinis vel iustitiae debitae inesse, et per consequens carentia non est ibi formale. Si secundum solum sit in voluntate, puta quia voluntas

258 ipsemet] ipse BPQY 263 actu] casu DF 264 alterius om. BHQY 267 alicuius om. BQY 277 ibi om. DEHZ || in voluntate om. BQY 278 ibi] illi Z, om. BQY 279 quia] quod BLQSY, quando H

⁴² Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 387, 9–389, 5).
⁴³ Cf. Ockham, *infra*, q. 8, lin. 523–537; 623–742. ⁴⁴ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 37, q. 1, n. 7 (ed. Wadding, VI, 981); q. 2, n. 9 (ed. cit., VI, 995).

tenetur aliquem actum elicere quem non elicit, tunc solum est 280
ibi carentia rectitudinis sine omni materiali, quia sine omni actu
elicit. Si tertium detur, puta quando voluntas elicit aliquem ac-
tum contra praeceptum Dei, et ad oppositum tenetur, tunc est
ibi duplex peccatum: commissionis et omissionis. Peccatum com-
missionis est actus ille positivus solum, peccatum omissionis est 285
carentia alterius actus debiti inesse.

Et per consequens nihil aliud erit dicere quod in peccato sunt
talita duo, materiale et formale, quam quod peccatum commissum
est materiale et omisum est formale; et per consequens ubi⁴⁵ so-
lum est peccatum omissionis vel solum peccatum commissionis, 290
non erit assignare talia duo secundum imaginationem eorum; quia
si imaginentur quod carentia iustitiae vel rectitudinis sit sic for-
male in peccato, quod rectitudo illa sit aliquid positivum absolu-
tum vel respectivum natum vel possibile inesse actui, per quod
ille actus peccati fieret virtuosus, et hoc praeter actum rectum 295
quem voluntas tenetur elicere, imaginatio est impossibilis, sicut
prius probatum est⁴⁶.

[QUOMODO PECCATUM EST PRIVATIO]

Ex hoc etiam patet quomodo⁴⁷ peccatum dicitur privatio, quia
peccatum omissionis formaliter est privatio, et aliud peccatum, 300
commissionis, non est privatio, sed est actus positivus quem vo-

280 quem] quando DEPS 281 omni¹ om. BQY 284-285 et ... commissionis om. DP
285 solum] commissus BQY, om. HL || peccatum] BLQY, om. cett. 288-290 commissum ...
peccatum¹ om. E 290 omissionis ... peccatum om. BHPQSY || vel ... commissionis] L, om. DEFZ
293 aliquid] aliquid BFQY 295 praeter] propter EPQZ 300 et] nihil add. BHQY, nullum
add. S

⁴⁵ De textu huius membri (ubi ... commissionis), vide apparatus. Codi-
cem L secuti sumus. Si autem hic codex parum fide dignus esse videatur, lectio
codicum BHPQS erit praefenda, scil., «ubi solum est peccatum commis-
sionis.» ⁴⁶ Supra, lin. 233-241. ⁴⁷ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*,
q. 11 (OTH VII, p. 223, lin. 14 - p. 224, lin. 5; p. 224, lin. 15 - p. 225, lin. 11).

luntas tenetur non elicere, et ideo est peccatum. Si⁴⁸ tamen cum
isto peccato sit semper peccatum omissionis, tunc cum omni pec-
cato erit privatio quae est peccatum. Non tamen omne peccatum
305 est privatio, quia solum peccatum omissionis est privatio.

[CAUSA PECCATI]

Et ex hoc patet quid est causa efficiens peccati, quia peccati
omissionis nulla est causa positiva, quia ipsum nihil est positivum,
sed tantum habet causam defectivam; et illa est voluntas quae
310 tenetur actum oppositum illi carentiae elicere, et non elicit. Si
autem loquamur de peccato commissionis, sic⁴⁹ non tantum vo-
luntas creata est causa efficiens illius actus, sed ipse Deus, qui om-
nem actum immediate causat, sicut quaecumque causa secunda; et
ita est causa positiva deformitatis in tali actu sicut ipsius substan-
315 tiae actus, quia sicut dictum est⁵⁰, deformitas in actu commissionis
non est nisi ipsemet actus elicitus contra praeceptum divinum,
ita⁵¹ quod iste conceptus vel vox 'deformitas' significat ipsum ac-
tum et connotat sive dat intelligere ipsum esse causatum contra
praeceptum divinum, et nihil penitus aliud dicit.

320 Et si dicitur quod tunc Deus peccaret causando talem
actum deformem, sicut voluntas creata peccat quia causat talem
actum: r e s p o n d e o: Deus⁵² nullius est debitor, et ideo nec

304 privatio] etiam add. BLQY || quae ... peccatum om. HS || quae] quod P, quia Z
309 quae] quia BQY 312 sed] etiam add. FHL 315 commissionis] commissio BHQSY
317-319 ita ... divinum om. BPQYZ 317 iste ... deformitas] ista vox deformitas vel conceptus L
|| conceptus] F, actus DS, terminus H || vel om. D || vel vox om. H 319 penitus] positivum
BHQSY

⁴⁸ Cf. supra, nota 43. ⁴⁹ Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 37, q. 2, n.
14 (ed. cit., VI, 997); Ockham, *Scriptum in I Sent.*, d. 47, q. un. (OTH IV,
681ss.). ⁵⁰ Supra, lin. 259-261; 265-268. ⁵¹ Cf. Ockham, *Quaest. in IV*
Sent., q. 11 (OTH VII, p. 225, lin. 8-18); *Scriptum in I Sent.*, d. 42, q. un.
(OTH IV, 622, 3-5). ⁵² Cf. Ockham, *Quaest. in II Sent.*, q. 15 (OTH V,
343, 17-22); *Quaest. in IV Sent.*, q. 11 (OTH VII, p. 198, lin. 2-16; p. 225,
lin. 19 - p. 226, lin. 3).

tenetur illum actum causare nec oppositum actum, nec illum actum non causare, et ideo non peccat quantumcumque illum actum causet. Voluntas autem creata tenetur per praeceptum divinum illum actum non causare, et per consequens in causando illum actum peccat, quia facit quod non debet facere. Unde si voluntas creata non obligaretur ad non causandum illum actum vel oppositum, quantumcumque causaret illum, numquam peccaret sicut nec Deus.

[AVERSIO A DEO, CONVERSIO AD DEUM]

Ex isto etiam patet quomodo aliquis per peccatum avertitur a Deo⁵³, quia non omne peccatum etiam commissum est actus odiendi Deum. Potest enim aliquis velle facere opera iniusta contra rectam rationem, et nec diligere Deum nec odire. Sed ideo dicitur omne peccatum avertere a Deo, quia omnis peccans mortaliter vel facit aliquid quod Deus non vult eum facere quia praecipit illud non fieri, vel non facit quod Deus vult fieri quia Deus praecipit illud fieri; et sic talis videtur diligere aliud a Deo plus quam Deum, et sic avertitur a Deo quia non diligit Deum super omnia, quod tamen tenetur facere. Et similiter per actum gratiae et caritatis aliquis convertitur ad Deum, quia tali actu diligit Deum super omnia.

Et si quaeras⁵⁴ utrum conversio ad Deum per caritatem et aversio a Deo per actum peccati formaliter repugnant: r e s p o n d e o, aut quaeris de caritate habituali aut actuali; et

328 non² om. EFLZ 329 numquam] non BHLQSY 333 commissum] commissionis BLQY
336 omne] DFPZ, om. cett. 338 praecipit] praecepit DZ 340-341 quod ... facere om. BQY
341 et caritatis om. BLQY 342 aliquis] DEFHS, om. cett. || tali actu om. BLQY 345 peccati] mortalis add. BLQY

⁵³ Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 11, lin. 594-713; Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 37, q. 1. n. 8 (ed. cit., VI, 984). ⁵⁴ De hac obiectione et responsionibus sequentibus, cf. supra, art. 3, lin. 425-444.

similiter aut quaeris de actu peccati quo aliquis odit Deum, aut de actu quo diligit aliquam creaturam quam Deus non vult diligi.

Si quaeras utrum conversio ad Deum actu caritativo et aversio ab eo actu odiendi Deum opponuntur formaliter, dico quod sic, quia diligere Deum super omnia et odire Deum sunt actus contrarii.

Si quaeras de conversione ad Deum actu caritativo et aversione actu quo diligitur creatura quam Deus non vult diligi, puta actum fornicandi, sic non repugnant illi formaliter et naturaliter inter se, sed compatiuntur se in eodem quantum est ex natura actuum; sed solum repugnant per causam extrinsecam, puta per Deum ordinantem talem creaturam nullo modo a voluntate creata diligi; et ita voluntas diligens talem creaturam non diligit Deum super omnia, quia si sic, non diligeret aliquam creaturam quam Deus odit vel vult non diligi; et ideo propter ordinationem talis causae extrinsecae videtur solum repugnantia. Quod patet, quia si lex statuta revocaretur, iam isti actus diligendi compaterentur se in eodem; et si lex illa praeciperet illam creaturam diligi, tunc posset non tantum simul stare cum alio actu, sed tunc meritorie diligeret illam creaturam.

Si autem quaeras de conversione ad Deum per caritatem habitalem et aversione ab eo per actum peccati actualis, sic dico quod caritas habitualis infusa et peccatum actuale sive primo modo sive secundo modo acceptum⁵⁵ non repugnant formaliter, quia nulla forma naturalis repugnat formae supernaturali, — licet aliquando differat ab ea specie —, sed solum repugnant per causam extrinsecam statuentem numquam dare caritatem existenti in tali actu.

Et similiter posset aliquis habere habitum odiendi Deum, et

350 ab eo] a deo BELQY 351-352 actus contrarii] contraria BQY 354 actum] actu FY
355 non] nec DF || et] nec BFQY || naturaliter] materialiter BQY 356 natura] parte BQY
361 ideo] solum add. BHLQY, sic add. S || talis] talem DFH 362 solum] ista H, esse L
365 alio] illo DEZ 374 similiter] DFHZ, ideo cett.

⁵⁵ Supra, lin. 347-348.

tamen caritatem infusam, quia inter illos habitus non est repug- 375
nantia. Quod patet, quia aliquis sic odiens Deum habitualiter,
post paenitens iustificatur, et per consequens gratia sibi infunditur;
et per unum actum poenitentiae non corrumpitur totus habitus
ille odiendi Deum; igitur manet ille habitus cum caritate secun-
dum multos gradus. Quod credo esse verum, quia post primum 380
actum poenitentiae experitur talis se plus inclinatum ad odiendum
Deum quam ad diligendum, et ad odiendum plus quam si nullum
actum odii prius habuisset; et ista inclinatio non potest esse nisi
per habitum odiendi; igitur etc.

Si quaeras utrum caritas adquisita habitualis et peccatum actu- 385
ale primo modo vel secundo⁵⁶ opponantur formaliter et intrinsece,
dico quod non, quia aliquis habens caritatem adquisitam potest
Deum odire vel creaturam aliquam diligere quam Deus non vult
diligere, quia aliter numquam posset peccare peccato commissionis;
et per illum actum odiendi Deum non corrumpitur tota caritas 390
adquisita, probatur sicut praecedens conclusio de odio⁵⁷; igitur
manet iste actus odiendi cum caritate adquisita in eodem, et per
consequens non repugnant formaliter et intrinsece. Sed caritas ad-
quisita habitualis et odium habituale respectu Dei repugnant for-
maliter. 395

E t s i q u a e r a s quomodo per illum actum odiendi
Deum frequenter elicitum corrumpitur caritas adquisita, si nulla
sit repugnantia formalis inter caritatem adquisitam et actum odi-
endi: r e s p o n d e o⁵⁸...

375-376 repugnantia] formalis *add.* BLQY 378 et] tamen *add.* BLQY 382 quam¹ ...
plus *om.* BQY 399 respondeo] DEP, *om.* FS, quaere *add.* P, responsio (ratio QY) deficit sed tu
responde BLQY, responsionem quaere alibi Z, dico quod eodem modo quo per actum vitii reiteratum
corrumpitur successive habitus virtutis oppositae aut vitii oppositi scilicet quia actus virtualiter con-
trariatur habitui H

⁵⁶ Supra, nota 55. ⁵⁷ Supra, lin. 374-380. ⁵⁸ Responsio deest, sed
cf. Ockham, supra, q. 6, art. 11, lin. 669-676; *Quaest. in IV Sent.*, q. 11
(OTh VII, p. 224, lin. 6-14).

[SOLUTIO DUBII SECUNDI]

400

Ad secundum dubium⁵⁹ dico quod tam finis quam recta ratio
et omnes aliae circumstantiae sunt obiecta partialia secundaria ac-
tus virtuosus. Cuius ratio est, quia aliquis est actus voluntatis qui
est intrinsece et necessario virtuosus, stante ordinatione divina
405 quae nunc est, et nullo modo contingenter virtuosus. Nunc au-
tem, si illa quae dicuntur circumstantiae non essent obiecta actus
virtuosus, nullus actus voluntatis esset necessario et intrinsece vir-
tuosus sed solum contingenter et extrinsece, cuius oppositum est
prius probatum⁶⁰.

410 Assumptum patet, quia omnis actus voluntatis idem omnino
manens potest continuari et conservari, facta sola apprehensione
et ostensione obiecti illius actus, quia ad causandum actum volun-
tatis non videntur plura requiri quam Deus et ipsa voluntas et
apprehensio obiecti; et ista sufficiunt ad causandum, sicut causae
415 partiales, omnem actum volendi, qui non requirit aliquid aliud
tamquam obiectum in esse reali; igitur ista sufficiunt ad conser-
vandum talem actum sine omni alio posito in esse reali.

[RECTA RATIO]

Si igitur recta ratio, sive actus assentiendi qui vocatur recta
420 ratio⁶¹, non sit obiectum actus virtuosus, puta temperantiae, sed
solum circumstantia, et cibaria sunt obiecta talis actus, sequitur
quod apprehenso cibo, sine omni recta ratione, immo forte cum

402 partialia] et *add.* BQSY 411 facta] stante BQY 415 partiales] particulares BQY
416-417 igitur ... reali *om.* BQY 419 assentiendi *om.* BQY 421 circumstantia] circum-
stantiae BQY

⁵⁹ Supra, lin. 18-28; cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTh VI, 380,
7-383, 15); q. 12 (OTh VI, 423, 13-14); infra, q. 8, lin. 129-144; 216-235;
367-369; 102-123; supra, q. 6, art. 11, lin. 143-155. ⁶⁰ Supra, art. 1, lin.
99-156. ⁶¹ Cf. Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 422, 21-423, 3).

ratione erronea, posset voluntas elicere actum virtuosum perfecte. Et sicut potest causare actum virtuosum, posita hypothesi, sine omni ratione recta, ita potest conservare actum elicatum cum recta ratione, postea sine recta ratione; et sic ille actus erit primo virtuosus et post non virtuosus vel vitiosus, et ita contingenter, non necessario.

S i d i c i s quod actus prudentiae requiritur sicut causa essentialis et partialis ad actum virtuosum, — secundum *I o a n n e m* et istam opinionem⁶² —, causandum, non tamen oportet quod concurrat tamquam obiectum; sicut apprehensio obiecti et Deus concurrunt sicut causae partiales ad causandum actum virtuosum, non tamen sunt obiecta:

C o n t r a, si recta ratio solum requireretur sicut causa partialis et essentialis modo praedicto, — cum Deus omnem causalitatem causae secundae possit supplere —, si Deus suppleret causalitatem rectae rationis, stante causalitate voluntatis et apprehensionis, posset ille actus esse perfecte virtuosus sine actu prudentiae; quod est manifeste falsum, quia stante ordinatione quae nunc est, nullus actus est perfecte virtuosus nisi eliciatur conformiter rectae rationi actualiter inhaerenti.

Ideo dico quod recta ratio est obiectum actus virtuosus; et ex hoc quod requiritur ad actum virtuosum tamquam obiectum in esse reali, sequitur quod habet causalitatem effectivam respectu actus virtuosus secundum principium frequenter allegatum 'effectus

425 actum] talem primo *add.* BELQSY || cum] in QSY 426 ratione¹] et *add.* BQSY 427 non¹ ... vel *om.* BQY || contingenter] et *add.* BEFHQYZ 430 partialis] particularis BEQY 431 causandum *om.* BLQYZ 433 causae partiales] causa partialis BQY 434 obiecta] ergo a simili in proposito de recta ratione etsi requiritur non oportet quod ut obiectum respectu actus virtuosus *add.* BLQY 437 causae secundae] creaturae BQY 440 ordinatione quae] ordine qui BDQY

⁶² Cf. Scotus, *Ordinatio*, I, d. 17, p. 1, qq. 1–2, n. 92, n. 94 (ed. Vat., V, 184–185); supra, art. 3, lin. 492–518; Ockham, ibidem, q. 11 (OTh VI, 372, 16–19; 389, 18–390, 6); *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTh VII, p. 49, lin. 4 – p. 50, lin. 14).

sufficienter dependet' etc.⁶³, quia si non requireretur in esse reali tamquam obiectum, tunc videtur quod sola eius apprehensio et obiecti actus virtuosus cum voluntate posset causare actum virtuosum, sicut quemcumque alium actum potest causare.

Confirmatur, quia⁶⁴ nullus actus est perfecte virtuosus, nisi voluntas per illum actum velit dictatum a recta ratione propter hoc quod est dictatum a recta ratione, quia si vellet dictatum a ratione, non quia dictatum, sed quia delectabile vel propter aliam causam, iam vellet illud dictatum si solum esset ostensum per apprehensionem sine recta ratione; et per consequens ille actus non esset virtuosus, quia non eliceretur conformiter rationi rectae, quia hoc est elicere conformiter rectae rationi: velle dictatum a ratione propter hoc quod est dictatum. Nunc autem est impossibile quod aliquis velit aliquid propter aliud, nisi velit illud aliud, quia si nolit vel non velit illud aliud, iam vult primum magis propter se quam propter illud aliud. Igitur ad hoc quod virtuose velim dictatum a ratione recta, oportet necessario quod velim rectam rationem per eundem actum, non per alium, quia si per alium, iam ille actus quo volo dictatum a ratione non esset virtuosus, quia non est virtuosus nisi propter hoc quod per illum volo dictatum a ratione propter hoc quod ratio sic dictat. Erit igitur per eundem actum, sicut⁶⁵ per eundem actum utor creatura et diligo Deum, propter quem diligo creaturam.

448 apprehensio] LQY, praesentia BFZ, *om. cett.* 449 obiecti] obiectum D, *om.* S 450 potest] posset BDQY 453 a²] recta *add.* BQSY 459 ratione] recta *add.* HLZ 461–462 quia ... aliud *om.* QY 461 nolit vel *om.* BEFH || nolit] PZ, velit DS 463 velim¹] velit LPS || velim²] velit LPS 463–464 rectam rationem] recta ratione EP 464 alium¹] actum *add.* BELQSY || quia *om.* DHS || alium²] actum *add.* BQY 466 propter] per BELQY || illum] ipsum BQY 467 hoc] rationem FZ || quod] BQSY, *om.* E, quia *cett.* || dictat] dictavit BQY 468 actum² *om.* BEQY

⁶³ Cf. Scotus, ibidem, I, d. 3, p. 3, q. 2, n. 414 (ed. cit., III, 251); Ockham, *Quaest. in II Sent.*, qq. 12–13 (OTh V, 269, 9–10). ⁶⁴ Cf. supra, art. 2, lin. 134–136. ⁶⁵ Cf. Ockham, supra, q. 4, lin. 831–840.

[FINIS]

470

Et eodem modo potest probari quod finis, qui est una circumstantia, sit obiectum actus virtuosus; quia volo tale dictatum propter talem finem, igitur per illum actum volo finem, quia propter quod unumquodque, et illud magis⁶⁶.

[LOCUS ET TEMPUS]

475

Similiter potest probari quod locus et tempus, quae sunt circumstantiae, sunt obiecta partialia actus virtuosus, quia aliter sequeretur quod actus esset perfecte virtuosus sine illis circumstantiis sicut cum illis, quod est manifeste falsum. Patet enim quod velle coire est actus virtuosus si velit loco et tempore, et aliter non, 480 sed magis vitiosus.

Assumptum patet, quia positis causis sufficientibus ad actum virtuosum, sive obiectis sufficientibus apprehensis et dictatis, potest poni ille actus; sed apprehensio actus carnalis propter Deum et ratio dictans talem actum carnalem esse volendum propter Deum, 485 ita quod nec apprehendatur nec dictetur de loco et tempore, cum Deo et voluntate sufficiunt ad causandum velle virtuosum respectu illius actus, et hoc dico si locus et tempus non sint obiecta actus virtuosus; igitur illud velle esset perfecte virtuosum sine talibus circumstantiis. 490

Si dicās quod requiritur ad actum virtuosum quod locus et tempus apprehendantur et dictentur a ratione, sicut finis, et aliter non potest ratio causare actum virtuosum; et per consequens tam locus quam tempus sunt obiecta partialia apprehensionis et

474 unumquodque] tale *add.* BHQY 480 coire] FP, actum carnalem BQY, currere D, comedere H, creaturae Z || et?] DEHS, *om. cett.* 483 sive] cum EL || sufficientibus] sufficienter BQY 484 deum] qui (quae Y) non fit virtuose nisi fiat tempore et loco debitis *add.* BLQY 489 perfecte *om.* BQY

⁶⁶ Cf. Aristot., *Anal. Poster.*, I, c. 2 (72a 29–30).

495 actus dictandi, non tamen sunt obiecta volitionis virtuosae:

Contra, volitio dicitur perfecte virtuosa quia in omnibus conformiter elicitur rationi rectae, quia si in aliquo conformiter eliceretur et in aliquo non, iam non esset perfecte virtuosa. Exemplum: si aliquis vellet actum carnalem propter talem finem dictatum a ratione recta, et nullum actum volendi haberet respectu loci et temporis, quamquam ista dictentur a ratione, ista volitio non est perfecte virtuosa sed potius vitiosa vel indifferens; igitur ad hoc quod sit perfecte virtuosa, oportet quod conformetur rationi rectae et omnibus dictatis a ratione recta sibi debere competere; 500 igitur si recta ratio dictet quod talis actus sit volendus loco et tempore, voluntas perfecte virtuosa debet velle talem actum in loco et tempore; et per consequens quidquid est obiectum actus dictandi recte, erit obiectum actus perfecte virtuosus.

Si dicās quod prima probatio⁶⁷ qua probatur quod recta ratio est obiectum, — quae fuit, quia non requiritur solum sicut causa partialis, quia Deus potest illam causalitatem supplere, igitur etc. —, non valet, quia secundum istam viam, si Deus suppleret causalitatem voluntatis in causando illum actum qui dicitur virtuosus, tunc non diceretur virtuosus, quia virtuosum connotat 515 activitatem voluntatis⁶⁸, et tamen voluntas non est obiectum talis actus, sed potentia et causa partialis. Eodem modo in proposito virtuosum connotat activitatem prudentiae respectu actus virtuosus, et quando illa activitas suppletur aliunde, non est actus virtuosus;

495 non] nec BQY 497 aliquo] alio BQY 498 virtuosa] EHLZ, virtuosus *cett.* 501 ista dictentur] iste dictetur BQY || ratione] recta *add.* FZ 504 et omnibus] rationibus DFS || et] in EHL || dictatis] dictis DEF || debere] debite FYZ 506 in] pro HL 507 tempore] convenienti *add.* BLQY 508 dictandi recte] dictati a ratione BQSY || recte] FPZ, rationis EH || erit] et *add.* BQY 510 quia] quod BHLQY || solum] LQY, *om. cett.* 511 igitur] FPZ, *om. cett.* 512 non valet] BHLQ, *om. cett.* 514 non] adhuc *add.* BLQY || virtuosus] quod falsum est *add.* BLQY || virtuosum] virtuosus LPZ, *om.* D 515 obiectum] propter hoc *add.* BLQY

⁶⁷ Supra, lin. 435–440.

⁶⁸ Cf. supra, art. 3, lin. 515–518.

igitur propter illam suppletionem, non oportet ponere prudentiam
esse obiectum actus virtuosus: 520

R e s p o n d e o: potest dici quod melior et fortior ratio ad
probandum rationem rectam sive prudentiam esse obiectum actus
virtuosus est haec: quia aliter sequerentur duo inconvenientia. P r i -
m u m est quod nullus actus esset intrinsece et necessario vir-
tuosus sed solum contingenter, cuius oppositum prius probatum 525
est⁶⁹. S e c u n d u m, quod de actu non virtuoso fieret virtuosus
per aliquid mere naturale quod non est in potestate nostra; et
eodem modo, de non meritorio fieret meritorium per aliquid mere
naturale. Sed oppositum utriusque probatum est prius⁷⁰.

P r i m u m probatur sic, quia quemcumque actum respectu 530
quorumcumque obiectorum, excepta ratione recta in ratione ob-
iecti, potest voluntas elicere mediante ratione recta, potest elicere
sine ea et cum sola apprehensione illorum obiectorum; patet enim
quod sicut voluntas potest velle abstinere propter Deum loco et
tempore, et sic de aliis circumstantiis, mediante actu dictativo 535
intellectus, ita potest velle abstinere propter Deum loco et tem-
pore etc., si solum intellectus apprehendit istam propositionem
'volendum est abstinere propter Deum' etc., et si intellectus nullo
modo assentiat illi complexo. Tunc quaero si illa volitio sit vir-
tuosa intrinsece vel non. Non potest dici quod sic, quia non elici- 540
tur conformiter rationi rectae secundum praedicta⁷¹, quod neces-
sario requiritur ad actum virtuosum.

S i d i c i s quod sic, quia talis actus elicitur sicut recta
ratio dictaret, et ideo licet actualiter non conformetur rationi rec-

528 meritorium] meritorius FLQY 429 sed] EPZ, *om. cett.* || prius *om.* BDQSY 535 dic-
tativo] iudicativo BQY 536-537 loco et tempore *om.* BQY 537-538 si ... etc *om.* BLQY
538 et] etiam BHQSY 539 assentiat] consentiat BQY 540 non² *om.* DEFS || non³ *om.* FZ
541 quod] tamen *add.* BLQY 543 recta *om.* DPSZ

⁶⁹ Supra, nota 60. ⁷⁰ Supra, lin. 96-104; 129-150. ⁷¹ Supra, lin.
410-469.

545 tae, tamen conformatur aptitudinaliter, et hoc sufficit: c o n t r a,
recta ratio dictaret quod volendum est abstinere propter Deum
etc., et hoc conformiter rationi rectae, hoc est, quia sic dictatum
est a ratione recta⁷², aliter non esset recta sed erronea; sed volitio
habens Deum et alias circumstantias pro obiecto praeter rationem,
550 non est eadem numero nec specie cum volitione quae eliceretur
quia sic esset dictatum a ratione recta, propter variationem obiecti,
puta rationis rectae; igitur ille qui non habet rationem pro obiecto,
non est natus conformiter elici rationi rectae, quia ratio recta non
eliceret illum, sed unum alium qui haberet rationem pro obiecto.

555 S i d i c a s quod non est iste virtuosus propter defectum
prudentiae: t u n c pono quod coexistat actus prudentiae, et
quaero utrum tunc ille actus volendi sit virtuosus vel non. Si non,
patet tunc, discurrendo per singulas causas huius, quod nulla erit
causa huius nisi quia illa volitio non habet rectam rationem pro
560 obiecto, quia per hypothesim nullum aliud obiectum requisitum
deficit: et ratio recta coexistit et omnia alia. Unde igitur est quod
non est talis actus virtuosus?

Si sit virtuosus coexistente actu prudentiae, igitur sequitur
quod actus prius non virtuosus intrinsece nec extrinsece, modo
565 sit virtuosus intrinsece per solam coexistentiam prudentiae. Et
cum voluntas posset conservare eundem actum, stante prima ap-
prehensione illius complexi, destructo illo actu prudentiae propter
aliquod aliud medium sibi apparens, sequitur quod idem actus
numero fieret iterum non virtuosus, quia non coexistit prudentia,

545 conformatur] HLPS, *om. cett.* 547 etc *om.* BQY 548 recta¹ *om.* DEP || esset] potest
esse BQY 549 et] omnes *add.* BQY || rationem] rectam *add.* HZ 552 ille qui] illa quae Z
|| rationem] rectam *add.* BLQY 553 natus] nata Z 554 eliceret] dictat debere elici BLQY
|| unum *om.* BQY || haberet] habet BHQY 557 utrum tunc *trp.* EFHLZ || volendi *om.* BQY
|| virtuosus] virtus LPZ 558 tunc *om.* HPZ 560 obiectum *om.* BQY 561 et¹] tunc *add.*
BQY || recta] seu actus prudentiae *add.* BLQY || alia] illa BQY, talia Z, *om.* F, requisita *add.* L
562 virtuosus] nisi quia non habet rationem rectam pro obiecto *add.* BLQY 564 prius] primus LYZ
568 aliud *om.* EQY 569 prudentia] prudentiae DZ

⁷² Cf. supra, lin. 458-459.

et sic quilibet actus esset contingenter virtuosus. Igitur oportet
necessario quod actus qui est intrinsece et necessario virtuosus,
sic quod non potest fieri indifferens vel vitiosus, quod habeat non
tantum alias circumstantias sed etiam rationem rectam pro ob-
iecto; et ille solus est sic virtuosus, et quilibet alius solum con-
tingenter et extrinsece.

Et eodem modo potest argui, si ponatur quod actus dictativus
illius complexi simul ponatur cum actu apprehensivo eiusdem et
actu volendi praedicto, quia sicut actus ille volendi abstinere prop-
ter Deum etc., excepta ratione pro obiecto, potest causari sine
actu dictativo secundum casum prius positum⁷³, ita potest conser-
vari sine eodem, quantumcumque simul causentur, quia non plus
dependet actus volendi ab eo in conservando quam in causando.
Et sic patet primum inconveniens.

Secundum⁷⁴ sequitur ex primo, quia per solam positio-
nem actus prudentiae fieret actus voluntatis praeexistens virtuosus
vel meritorius, qui prius non esset meritorius propter defectum
rationis rectae secundum primum casum praedictum⁷⁵, quia cum
actus prudentiae sit mere naturale et nullo modo in potestate nos-
tra, sequitur quod de non meritorio nec virtuoso fieret virtuosum
et meritorium per aliquid quod nullo modo est in potestate nostra;
et sic de non digno vita aeterna fieret dignus per aliquid quod nullo
modo est in potestate nostra, quod est absurdum.

Eodem modo, si propter solam destructionem actus prudentiae
de actu virtuoso et meritorio fieret non virtuosus et non merito-

572 quod² om. BLQSY 586 meritorius²] virtuosus PZ, nec virtuosus add. H 587 quia
quod DEF || cum] LPZ, om. cett. 588 sit] DFP, fit EL, est H, sic est Z, sunt BQSY || natu-
rale] DLP, naturalis EFHZ, naturales BQSY 589 nec] vel non HSZ, et non BQY || virtuo-
sum] virtuosus DFH 590 meritorium] meritorius FH 591 dignus] vita aeterna add. BQY

⁷³ Supra, lin. 530-539. ⁷⁴ Supra, lin. 526-529; cf. Ockham, *Quaest.*
in III Sent., q. 11 (OTh VI, 389, 18-390, 6); infra, q. 8, lin. 129-144.

⁷⁵ Supra, lin. 563-565.

rius secundum alium casum⁷⁶, cum actus ille prudentiae sit mere
naturale sicut prius, sequitur quod virtuosus et dignus vita aeterna
fieret non virtuosus et indignus per aliquid quod nullo modo esset
in potestate sua, quod est absurdum. Et ista inconvenientia pos-
sunt vitari ponendo quod recta ratio sit obiectum actus virtuosus,
et non aliter, ut videtur.

Ad primum argumentum secundae dubitationis⁷⁷ dico
quod non sunt circumstantiae respectu actus intrinsece et neces-
sario virtuosus, sed sunt obiecta secundaria respectu illius actus.
Sed sunt circumstantiae respectu aliorum actuum, sive sint actus
voluntatis sive intellectus sive cuiuscumque alterius potentiae, qui
solum sunt virtuosus extrinsece secundum quandam denominatio-
nem extrinsecam per conformitatem ad actum aliquem intrinsece
virtuosum, quia tales actus possunt semper idem remanere et cir-
cumstantiae variari, sicut idem potest esse actus volendi aliquid
et intelligendi et ambulandi propter bonum finem et malum, et
cum recta ratione et contra rectam rationem; et ideo respectu
talium dicuntur proprie esse circumstantiae. Sed actus qui est in-
trinsece et necessario bonus, non esset idem variata quacumque
circumstantia, quia variato obiecto, non potest actus esse idem
propter transitum a contradictorio in contradictorium; et ideo
respectu talis actus non sunt proprie circumstantiae. Vel si dicatur
omnino quod sic, tunc dicuntur circumstantiae quia non sunt
obiecta principalia sed secundaria, saltem aliquae, licet finis sit
obiectum principale.

Ad aliud⁷⁸ dico quod idem actus potest habere diversas

596 naturale] DLPS, naturalis cett. 597 non virtuosus] vitiosus BHQY 604 aliorum]
illorum QYZ, om. B 606 sunt] LSZ, est BFHQY, om. DEP || virtuosus] virtuosus BFHQY
608 idem] iidem HZ 610 et² om. BQSY || et⁴ om. DELZ 613 esset] DFPZ, est cett.
618 aliquae] aliqua BQYZ

⁷⁶ Supra, lin. 566-569.

⁷⁷ Supra, lin. 20-22.

⁷⁸ Supra, lin.
22-28.

denominationes, ut terminatur ad diversa obiecta. De hoc quaere in quarto Ockham, quaestione de poenitentia⁷⁹.

[SOLUTIO DUBII TERTII]

Ad tertium dubium⁸⁰ dico quod actus exterior non habet propriam bonitatem, sicut imaginatur Ioannes. De hoc quaere in *Quolibet* Ioannis, et responsionem Ockham ad argumenta Ioannis in tertio, in materia de virtutibus moralibus⁸¹.

[SOLUTIO DUBII QUARTI]

Ad quartum dubium dico quod Philosophus intelligit quod in parte sensitiva sunt aliqui habitus ponendi, qui inclinant ad actus virtuosos, non intrinsece, sed solum extrinsece, sicut prius dictum est⁸².

[SOLUTIO DUBII QUINTI]

Ad quintum dico quod respectu obiecti supernaturalis potest esse virtus moralis, immo nulla est perfecta virtus nisi inclinet ad actum respectu obiecti supernaturalis, sicut prius ostensum est⁸³. Philosophus tamen non poneret virtutem moralem esse respectu obiecti supernaturalis sicut nos ponimus, quia non ponit quod

622 ockham] DFHPS, *om. cett.* || quaestione de poenitentia] et in prima distinctione primi L 624 exterior non habet] extrinsece virtuosos non habent BQY 625–626 De ... Ioannis *om.* DFH 626 ockham] quaere F, supra Z, *om.* BQY 635 est *om.* DEFP 638 ponit] posuit BDPQY

⁷⁹ Cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 11 (OTH VII, p. 229, lin. 9–21); supra, q. 4, lin. 848–852. ⁸⁰ Supra, lin. 30–34. ⁸¹ Cf. Scotus, *Quodlibet*, q. 18 (ed. Wadding, XII, 474ss.); Ockham, *Quaest. in III Sent.*, q. 11 (OTH VI, 370, 11–18; 375, 14–380, 6). ⁸² Cf. supra, art. 3, lin. 478–489; art. 1, lin. 145–150; Ockham, *ibidem* (OTH VI, 368, 14–369, 4); Scotus, *Opus Oxon.*, III, d. 33, q. un., n. 13 (ed. cit., VII, 702). ⁸³ Supra, art. 2, lin. 137–151.

abstinentia vel continentia sit volenda propter honorem divinum tamquam propter finem, — nec talia et similia sunt praecepta a Deo —, quo modo bonus christianus vult talia, sed tantum ponit⁸⁴ talia esse volenda quia honesta vel conservativa naturae vel aliquid aliud mere naturale.

Et ex hoc sequitur quod virtus moralis quam poneret philosophus et bonus christianus differunt specie, non solum numero, secundum praedicta⁸⁵, quia universaliter quorum obiecta totalia vel partialia differunt specie, illorum actus et habitus differunt specie; sed Deus non est eiusdem speciei cum quacumque creatura; cum igitur Deus sit obiectum cuiuscumque actus perfecte virtuosum quem eliceret bonus christianus, et non sit obiectum alicuius actus virtuosum quem eliceret philosophus vel paganus, sequitur quod illi actus et habitus differunt specie.

[SOLUTIO DUBII SEXTI]

Ad sextum dico⁸⁶ quod illa probatio non est universalis, nec probat universaliter quod notitia principii et conclusionis et notitiae quarumcumque conclusionum differunt specie. Sed bene probat quod notitiae aliquarum conclusionum differunt specie, quia notitiae conclusionum contrariarum necessario differunt specie, puta notitiae istarum ‘omnis triangulus habet tres’, ‘nullus triangulus habet tres’ vel similium, quia error istius ‘omnis triangulus’

640 nec] ut BQY 640–641 praecepta a deo] posita ab eo HS 644 et] etiam PZ, *om.* BEL 649 obiectum] respectu *add.* BQY 650 sit obiectum *om.* BHQY || alicuius] respectu BQY 651 virtuosus *om.* BQSY || illi] ibi FZ 657 notitiae] notitia LP || aliquarum] aliarum PQY 657–662 specie ... etc *om.* L 659 notitiae] notitia PZ

⁸⁴ Cf. supra, art. 2, lin. 155–156; 116–123. ⁸⁵ Supra, art. 1, lin. 60–97; art. 3, lin. 337–341; cf. Ockham, *Quaest. in IV Sent.*, q. 5 (OTH VII, p. 58, lin. 5–19). ⁸⁶ Cf. Scotus, *Quaest. in Metaph. Aristot.*, VI, q. 1, n. 4 (ed. cit., IV, 650b); Ockham, *Scriptum in I Sent.*, Prol., q. 8 (OTH I, 215, 8–217,4); *Quaest. in III Sent.*, q. 9 (OTH VI, 287, 1–289, 14).

etc. bene stat cum scientia istius 'nullus triangulus' etc., sed non stat cum notitia istius 'omnis triangulus' etc. Sed ad hoc oportet plus addere antequam inferatur distinctio specifica inter notitias, scilicet quod isti errores differant specie, quod potest inferri ex hoc quod isti errores sunt contrarii, vel habent obiecta distincta specie.

Exemplum primum⁸⁷ in proposito: errores istarum duarum conclusionum 'omnis triangulus' etc. et 'nullus triangulus' etc. differunt specie, quia contrariantur; quia impossibile est quod aliquis habeat habitum erroris quo firmiter assentiat quod omnis triangulus etc., et habitum erroris quo firmiter assentiat quod nullus triangulus etc., quia isti assensus formaliter repugnant.

Exemplum secundum⁸⁸: error circa principium et conclusionem, et circa duas conclusiones disparatas omnino vel quantum ad aliquem terminum subiectum vel praedicatum, sic sunt alterius speciei, non propter repugnantiam formalem, quia simul stant, sed quia unus error habet obiectum totale vel parziale distinctum specie ab obiecto alterius erroris, quia in quolibet principio accipitur ad minus aliquis terminus distinctus specie ab aliquo termino conclusionis, et eodem modo de conclusionibus disparatis totaliter vel partialiter.

Et tunc, habito quod errores distinguuntur specie, sequitur necessario quod notitiae eorundem obiectorum, respectu quorum sunt errores, distinguuntur specie. Et per istam viam potest probari quod notitia principii et conclusionis distinguuntur specie, quia obiecta, quia errores, distinguuntur specie, — quia universa-

661-662 sed ... etc] DHPS, om. cett. 662 ad hoc] adhuc BFQS, om. H 667-672 exemplum ... repugnant om. L 668 conclusionum om. BQY 669-672 quia¹ ... repugnant om. F 670-671 quod ... assentiat] EPSZ, om. cett. 675 sic] om. EHL, ergo add. QSY 678 quolibet] quo DEFP 679 aliquis] unus H, om. BQY 680 modo] est add. BHLQSY 684-685 et ... specie om. P 686-689 quia¹ ... specie om. L 686 quia¹ ... specie om. E || quia¹ ... dis-

⁸⁷ Scil., quod errores sunt contrarii. ⁸⁸ Scil., quod errores habent obiecta distincta specie.

liter quorum obiecta distinguuntur specie, ipsa inter se distinguuntur specie —, et similiter, quia obiecta istarum notitiarum distinguuntur specie. Et ita tenet ratio I o a n n i s.

Et eodem modo potest⁸⁹ probari distinctio specifica inter duas virtutes, quia vitia contraria distinguuntur specie. Et hoc probatur vel per repugnantiam formalem vitiorum, si aliqua talis sit, vel propter distinctionem specificam obiectorum vitiorum vel virtutum. Sed odium Sortis et Platonis nec distinguuntur specie uno modo nec alio, ideo nec istae dilectiones distinguuntur specie. Et sic patet ad illud.

Sed semper remanet dubium, si ista odia sint eiusdem speciei, quomodo unum odium plus repugnat dilectioni Sortis quam aliud, ex quo omnino sunt eiusdem speciei. Respondeo⁹⁰.

[Solutio dubii septimi]

Ad septimum⁹¹ dico, sicut supra patet in quibusdam dubitationibus de ista materia⁹², quod perseverantia non dicit distinctum gradum virtutis a continentia et temperantia. Quaere ibi.

Sed quomodo continentia et temperantia continentur sub gradibus virtutum prius assignatis? Respondeo quod continentur necessario sub illis ut sunt actus virtuosus, quia si aliquis est continens vel temperatus virtuose, vel est continens conformiter secundum rectam rationem et propter honestatem, vel sic quod non vult dimittere continentiam pro quocumque quod est

tinguntur] DP, et similiter quia obiecta illarum notitiarum distinguuntur specie BQY, om. cett. || specie] P, om. cett. 687 specie ipsa om. D || specie] et add. HZ || ipsa om. FP || inter se om. HZ 693-694 vel virtutum om. BHQSY 694 specie om. BQY 699-700 respondeo] responsionem quaere BLQY, om. HSZ 702 sicut] quod BQSY || patet] patuit FZ, dictum est H 707 ut] ubi BQY, et FL 709 et] ut BQY || vel] et DFPZ, aut H, om. L

⁸⁹ Supra, lin. 52-56. ⁹⁰ Responsio deest. ⁹¹ Supra, lin. 58-62. ⁹² Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 10, lin. 68-71.

contra rectam rationem, vel praecise quia sic dictatur a ratione, vel propter honorem Dei cum aliis circumstantiis, vel habet continentiam generatam ex actibus imperativis executionum quae excedunt communem naturam hominum; et sive sic sive sic, semper continetur sub gradibus praedictis. 715

Tamen aliquis potest habere continentiam et temperantiam quae nullo modo continentur sub gradibus praedictis, puta si aliquis velit continere vel esse temperatus propter nullam circumstantiam bonam vel malam, vel si velit continere propter malam circumstantiam. Primus non continetur sub praedictis, quia 720 est actus indifferens, nec bonus nec malus moraliter, modo prius dicto⁹³. Secundus non continetur, quia est actus vitiosus, et praedicti sunt actus virtuosus.

[SOLUTIO DUBII OCTAVI]

Ad ultimum dico quod in omni genere virtutis contingit reperire virtutem heroicam, quia propter actum cuiuslibet generis virtutis potest quis imperare formaliter executionem alicuius actus qui est contra inclinationem naturae. Sed aliquis potest imperare executionem actus vel sic quod imperet executionem actus causati a seipso vel in se sine aliqua violentia vel molestia sibi illata ab aliquo alio homine extrinseco, sicut quidam imperator⁹⁴ propter iustitiam servandam et legem, quam statuerat in aliis, eruit sibi oculum. Iste actus, quo imperavit executionem illius actus, non est actus fortitudinis nec generativus fortitudinis, sed 730

711 vel] quia add. DEP || a] recta add. BQY 712 dei om. BQY 714 naturam] statum EL
718 vel esse temperatus om. BQY 722 et] omnes autem BLQY 722-723 praedicti] gradus
add. BLQY 723 actus om. BLQ 726 quia] quando DF || actum] actus PZ 728 qui]
BHLQY, quia Z, quod cett. 729 actus¹] dupliciter add. BHLQ || executionem] illius add. BQSY
730 seipso] se BQY || vel¹] et BEHQY || sibi om. BLQY 731 alio om. BELQY 732 in
om. HZ 733 iste om. BQY 733-734 illius actus om. BLQY

⁹³ Supra, art. 2, lin. 200-210. ⁹⁴ Cf. Vincentius Bellovacensis, *Spec. Doct.* (ed. cit.), IV, c. 66, col. 337 E.

735 solum est actus generativus iustitiae heroicae. Similiter aliquis propter castitatem servandam, semper abstinet a vino et carnibus, et aliquis⁹⁵ abscindit sibi verenda; et actus imperativi istarum executionum non sunt actus fortitudinis, sed sunt actus temperantiae heroicae; et sic de aliis.

740 Alio modo, potest imperare executionem actus causati ab alio vel a se propter aliquam molestiam sibi illatam ab alio propter actum virtutis, sicut sustinere vulnera nisi dimittat actum iustitiae, et carcerem nisi dimittat actum temperantiae; et tales sunt actus fortitudinis heroicae, et ad illos inclinant iustitia et 745 temperantia modo supradicto. Cetera quaere alibi, de materia moralis⁹⁶.

736 servandam] generandam BQSY 742 actum¹] actus BQSY 742-743 nisi ... iustitiae
om. DFHZ 743 et carcerem om. DF 744 inclinant] sufficienter add. BELQSY 745 quaere] ibi
vel add. BQY

⁹⁵ E. g., cf. de Origene, Vincentius Bellovacensis, *Spec. Hist.* (ed. cit.), XI, c. 9, 415b. ⁹⁶ Cf. Ockham, supra, q. 6, art. 10, lin. 72-159; 304-326.

Hic etiam memorantur quidam quaterni ubi 'dubitationes' quaedam scriptae sunt (cf. infra, p. 300, lin. 321). Hoc confirmat quod supra iam insinuavimus, scilicet quod Inceptor quaedam problemata et dubia quasi a latere seu seorsum a lectionibus suis in libros *Sententiarum* scripsit.

Ex praedictis conicere licet quod Ockham has dubitationes versus finem lectionum suarum in IV *Sententiarum* scripsit. Distinctio enim 49 est paenultima libri IV (cf. infra, p. 297, nota 19). Has dubitationes probabiliter secuta est magna quaestio 'De connexione virtutum', in qua tam liber IV *Reportationis* quam quaternus dubitationum iterum atque iterum allegantur.

§ 7

De connexione virtutum (Q. 7)

In codicibus et editionibus haec quaestio incipit sine inscriptione alia ac Utrum virtutes sint connexae. Pro hac tamen editione duos titulos mutuati sumus ex locis hic infra indicatis.

Prima mentio quaestionis facta est in q. 8 huiusce voluminis, ubi lector ad aliud opus septies remittitur, quod opus secundum codices DF *Quaestio de connexione virtutum* sexies vocatur. Materia autem, ad quam lector in omnibus his locis remittitur, in nostra quaestione invenitur.

Secunda mentio quaestionis invenitur in duabus notis marginalibus codicum qui continent *Reportationem* Gualteri de Chatton¹³. In lib. III, d. 33, q. 5, art. 2 (Ad initium), dicit Chatton: « ... isti ponunt quinque gradus (virtutis), et Doctor ille (scil. Henricus de Gandavo) tantum quattuor. » Deinde tres primos gradus breviter et neglegentius describit, quae tamen descriptio gradibus in nostra quaestione expositis satis bene correspondet. In margine autem ex adverso huius loci, codex Florentinus habet: *Okam in principio biblie*, et codex Parisiensis: *Okam vide in questione super bibliam*. Uterque codex est secundae medietatis saeculi XIV, et hae notae marginales manu amanuensis sunt scriptae. Ockham quidem de connexione virtutum iam egerat, et postea etiam egit¹⁴, sed quinque gradus virtutum non posuit nisi in hac quaestione. Apparet ergo quod quaestio etiam *Principium Bibliae* et *Quaestio super Bibliam* vocabatur.

¹³ Cf. Florentiae, Bibl. Nat., Conv. soppr. C. 5. 357, f. 214vb, margine dextro; Parisiis, Bibl. Nat., lat. 15,887, f. 131va, margine sinistro; L. Baudry, *Guillaume d'Occam*, Paris 1949, 273, I; G. Gál in Ockham, OTh I, 36*, nota 5.

¹⁴ Cf. *Quaestiones in III Sent.*, q. 12 (OTh VI, 420-428); q. 6, art. 10 huiusce voluminis, infra, lin. 282-326; *Dialogus*, I, Lib. VI, cap. 77 (ed. Lugduni 1494, f. 90rb, Responsio - f. 90va, lin. 7).

Hoc etiam confirmari videtur ex tabula in tribus codicibus inventa¹⁵, ubi ad initium compendii huius quaestionis habetur: *hanc esse questionem primo Boetius biblie*. Patet quidem quod haec verba sunt aliquo modo corrupta, sed verisimile est notitiam ibi latere, quod haec quaestio est Principium Bibliae, vel saltem quaestio super Bibliam.

De authenticitate autem quaestionis vix dubitari potest, cum testimoniis et externis et internis confirmetur. Nam in codicibus Gualteri de Chatton, auctores, quorum opiniones recitantur, nunc in contextu, nunc in margine, saepe et valde accurate indicantur, et ut supra dictum est, haec quaestio ipsi Ockham ibi adscribitur. Quod testimonium, si unicum esset, solum sufficeret ad hoc quod quaestio inter opera Ockham authentica collocaretur. Praeterea tamen quaestio invenitur in octo codicibus *Reportationis* Ockham, et in duobus eorum qui eius *Quodlibeta* continent. Denique vero ad hanc quaestionem lector saepe remittitur in q. 8 huiusce voluminis.

Quod ad testimonia interna attinet, omnes positiones de habitibus et virtutibus, quas Ockham in *Reportatione* et in *Ordinatione* suadet ac defendit, quae etiam ipsi propriae dici possunt, in hac quaestione, saepe etiam eisdem fere verbis, redduntur, licet hic multo fusius plerumque explicentur ac defendantur. Quibus positionibus aliae quaedam additae sunt, quae quidem communiores dici possunt, sed e Scotto saepe desumptae esse videntur; duae vero (p. 333, lin. 76-192) alibi in operibus Ockham non sunt inventae. Haec autem materia tam varia tamque complexa adeo bene atque intelligenter hic ordinata et disposita est, ut quaestio eveniat tractatus amplius et perfectus, cuius auctor se totius materiae quam peritissimum ostendit. Cum autem quaestionis etiam stylus ac dictio eis omnino consimilia sint quae Ockham alibi adhibet, atque exhibeatur hic mentis ipsius Ockham, qualis alibi in hac materia revelatur, intellectus vere subtilis, nostro quidem iudicio nemo nisi Ockham ipse hanc quaestionem componere potuit.

Notandum est tamen quod in codicibus quaestionis fide dignioribus Ockham ipse decies nominatur. Quod licet de quaestionis authenticitate quemvis in dubium inducere possit, nihil aliud necessario indicat nisi quod textus quem habemus reportatio est. Immo possibile est quod in duplici traditione manuscripta, quae quidem in lectionibus parvi tantum momenti saepe differunt, duas reportationes habemus.

¹⁵ Cf. Olomuci, Bibl. Capitularis, C. O. 327, f. 74vb; Berolini, Bibl. Status, lat. Q. 928, f. 123rb; Salamanticae, Bibl. Universitatis, 2641, f. 146va. Hi codices descriptae sunt a G. Gál - R. Wood in Ockham, OTh V, 11*-13*, Codices L, 12 et K.

Quaestio quidem opus esse omnino completum prae se fert, sed uni obiectioni deest responsio (p. 392, lin. 396–399) et unum dubium sine solutione manet (p. 405, lin. 697–700). Licet hae omissiones negligentiam quandam auctoris arguere possint, verisimilius est quod dicta responsio ad lectoris ingenium consulto relicta sit, aut quia haud difficilis esset, aut quia alibi facile inveniri posset. Dubium autem praedictum Ockham nusquam sufficienter solvisse videtur.

Ad locum autem et tempus quaestionis determinanda, notitiae in codicibus Gualteri de Chatton inventae et supra memoratae (p. 20*) quam plurimum adiuvabunt. Notum est enim quod Ockham in Universitate Oxoniensi legit *Sententias*, quam lecturam probabiliter initio aetatis anni 1319 absolvit¹⁶. In ea autem Universitate, post lecturam *Sententiarum*, antequam incepturus ad licentiam admitteretur, per biennium studio insistere tenebatur, quo biennio Bibliam legebat, munere opponentis et respondentis in aliquot disputationibus fungebatur et publice praedicabat¹⁷, quae requisita Ockham annis 1319–1321 complere debuit. In una autem nota in codicibus Chatton inventa, haec quaestio quaestio super Bibliam vocatur, quae tamen notitia incertior est quam ut locum aut tempus quaestionis plane indicet. Sed in nota altera, quaestio principium Bibliae vocatur, et ‘principium’ terminus fuit in Universitate usitatus, quo lectura introductoria ad librum Bibliae vel *Sententiarum* designabatur¹⁸. Apparet ergo quod quaestio de connexionione virtutum fuit principium sive lectura introductoria ad librum Bibliae legendum, per quam Ockham unum requisitorum ad licentiam complevit, postquam *Sententias* absolvit in Universitate Oxoniensi. De tempore autem praeciso huius lecturae certi esse non possumus, sed si eam ad autumnum anni 1319 adsignemus, haud longe a veritate aberimus.

Si autem obiciatur quod materia de connexionione virtutum ad lecturam Bibliae minime pertineat, dici potest quod e documentis incertum est quomodo praecise requisitum de Biblia legenda tunc temporis completum fuerit; immo videtur quod lectura quaedam introductoria nonnumquam sufficebat¹⁹. Quod ad materiam huius lecturae attinet, memorare iuvabit quod Robertus Holcot anno 1332²⁰, post lecturam *Sententiarum* Oxoniae, opusculum scripsit quod

¹⁶ Cf. G. Gál in Ockham, OTh I, 36*; OPh I, 56*.

¹⁷ Cf. H. Rashdall, *The Universities of Europe in the Middle Ages*, ed. nova F. M. Powicke – A. B. Emden, Oxford 1936, III, 159; A. G. Little – F. Pelster, *Oxford Theology and Theologians c. A.D. 1282–1302*, Oxford Historical Society, vol. 96, Oxford 1934, 26, et nota 3.

¹⁸ Cf. Wm. J. Courtenay, *Adam Wodeham*, Leiden 1978, 172–177; Little – Pelster, Op. cit., 26–27; Rashdall – Powicke – Emden, Op. cit., III, 159, nota 2.

¹⁹ Cf. Rashdall – Powicke – Emden, ibidem.

²⁰ Cf. Wm. J. Courtenay, Op. cit., 96–100.

Quaedam Conferentiae in editionibus intitulatur. Ibidem Holcot sic incipit: «Sex sunt articuli quos in diversis materiis dixi, contra quos quidam socii reverendi institerunt rationabiliter.» Sequuntur sex articuli sive positiones breviter recitati, qui quidem e lectura ipsius in *Sententias* desumpti sunt, et nullam ad Bibliam habent relationem. Deinde prosequitur: «Et contra tres primos articulos arguit quidam socius reverendus in sua prima lectione super Bibliam²¹.» Hic socius fuit Guillelmus Crathorn, qui simul cum Holcot *Sententias* Oxoniae legit²². Apparet ergo quod talis lectura super Bibliam non necessario de ipsa Biblia agebat.

§ 8

De actu virtuoso et de intellectu erroneo (Q. 8)

Quaestio ista in editione Lugdunensi posita est ut q. 13 libri III. Asservatur autem in codicibus DFGHP; et licet in omnibus codicibus manuscriptis vocetur ‘dubium’, tam in forma quam in extensione similis est aliis quaestionibus.

Affinis est in multis quaestioni ‘De connexionione virtutum’, quam et in codicibus et in editione Lugdunensi immediate sequitur, immo in tribus codicibus [DFP] scripta est ac si esset continuatio quaestionis praecedentis, ad quam Ockham non minus quam quinquies remittit lectorem.

Ratio forsitan quare istud ‘dubium’ in longitudinem quaestionis explicatum fuerit, erat quia tam in quaestione ‘De connexionione virtutum’ quam alibi ‘in materia morali’ plura problemata remanserunt sine solutione. Quomodo cumque sit, quaestio ista est non parvi momenti et absque dubio authentica.

Superest ut gratias persolvamus omnibus qui in hac editione paranda nobis adiutorio fuerunt. S. Brown multum adlaboravit ad textum quaestionis secundae parandum. Ipse duos ex tribus codicibus manuscriptis contulit et locos quoque parallelos diligenter adnotavit. R. Wood paravit textum et apparatus totius quaestionis disputatae ‘De fine’ antequam decretum esset eam non in libro II *Reportationis*, sed in volumine separato edere.

²¹ Cf. Roberti Holcot, *In quatuor libros Sententiarum questiones argutissime*, Lugduni 1518, reprod. Frankfurt 1967, Minerva, f. q. v. ra.

²² Cf. Wm. J. Courtenay, ibidem; «The lost Matthew Commentary of Robert Holcot O. P.» in *Archivum Fratrum Praedicatorum* L (1980), 105.